Sum Arnoldi Manlij 1581 Jun 10

72

GRAVISSIMAE, atq; exactiſſimæ illuſtriſſimarū totius Italiæ, et Galliæ Academiarū cenſuræ, efficaciſſimis etiam quorundam doctiſſimorum uirorū argumentationibus explicatæ, de ueritate illius propoſitionis, videlicet ꝙ ducere relictam fratris mortui ſine liberis ita ſit de iure diuino et naturali prohibitum: ut nullus Pontifex ſuper huiuſmodi matrimonijs contractis, ſiue contrahendis diſpenſare poſſit.

ELENCHVS sacrorum Conciliorum, et Doctorum ecclesiasticorúm, quorum autoritate sequentes Academiarum censuræ pariter et libellus ipse potissimum innituntur.

Concilium Toletanum.
Concilium Agathense.
Concilium Neocesarieñ.
Conciliū Constantien.
Synodus Gregorij.
Conuocatio Londineñ. et Oxonieñ.
Origenes.
Chrysostomus.
Basilius.
Tertullianus.
Isichius.
Hieronimus.
Augustinus.
Ambrosius.
Gregorius.
Calixtus.
Zacharias.
Innocentius.
Alexander.
Fabius.
Vrbanus.
Marcellus.
Zosimus.

Leo.
Damasus.
Anselmus.
Hugo Cardinalis.
Lyra.
Rabanus.
Radulphus Fla.
Rupertus Tuitieñ.
Hugo de Sancto Vict.
Hildebertus.
Iuo.
VValterus de Const.
Thomas.
Scotus.
Altissiodorensis.
Petrus de Palude.
Ioannes de Turre cre.
Antoninus Florentinus.
Ioannes de Tabia.
Astexanus.
Baconus.
VVidefordus.
Cottonus.
VValdenus. Et alij.

Censura

CE



re diuino li
cant) accipe
utrum diuin
ne remitti p
tas ad prędi
re nostro) fa
uarios utriu
uini, tum ca
aminatos, et
consideratis
uinæ legis i
mi Pontifici
ius rei testi
a scriba pr
mus, eiu
sace
li

CENSVRA ALMAE VNI-
uersitatis Aurelia-
nensis.



CVM ABHINC aliquod tempus nobis collegio doctorum Regentium almæ Vniuersitatis Aurelianensis propositę fuerint, quę sequuntur, quęstiones uidelicet, Si iure diuino liceat fratri relictā fratris (quam fratriam uocant) accipere uxorem. Item et si hoc sit eo iure uetitū, utrum diuinæ legis prohibitio pontificali dispensatione remitti possit. Nos prędictum collegium post multas ad prędictorum dubiorum disputationem (de more nostro) factas sessiones, et congregationes, postq; uarios utriusq; testamenti, interpretumq; iuris tum diuini, tum canonici locos (quoad facere potuimus) examinatos, et omnibus mature, atq; exacte pensatis, et consideratis: definiuimus prædictas nuptias citra diuinæ legis iniuriam, attentari non posse, etiam si summi Pontificis accedat indulgentia, uel permissus. In cuius rei testimonium præsens publicum instrumentum a scriba præfatæ almæ Vniuersitatis subsignari fecimus, eiusdemq; sigillo communiri. Actum in sacello beatæ Marię Boninuncij Aurelianensis. Anno domini millesimo quingentesimo, uigesimo nono, die quinta mensis Aprilis

CENSVRA facultatis Decretorum almę Vniuersitatis Parisiensis.



N NOMINE DOMINI AMEN. Cum proposita fuisset coram nobis Decano et collegio consultissimę facultatis decretorum Parisiensis Vniuersitatis questio, An Papa possit dispensare, ꝙ frater possit in uxorem ducere, siue accipere relictam fratris sui, matrimonio consummato per fratrem præmortuum. Nos Decanus, et Collegium præfatæ facultatis post multas disputationes, et argumenta hinc inde super hac materia facta, ac habita, cum magna et longa librorum, tam diuini q̃ Pontificij et ciuilis iurium reuolutione, consulimus, et dicimus Papam non posse in facto proposito dispensare. In cuius rei testimonium has pręsentes Sigillo nostræ facultatis, et signo nostri scribę primi bedelli muniri fecimus. Datum in congregatione nostra apud sanctum Ioannem Lateranensem Parisius die uicesima tertia mensis maij. Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo.

CENSVRA facultatum iuris Pontificij et legum almę Vniuersitatis Andegauensis.

CVM certo abhinc tempore nobis Rectori et doctoribus regentibus in Pontificia, et legum discipline

plina almę Vniuersitatis Andegauensis sequētes quæstiones propositæ fuerint, scilicet Vtrum iure diuino pariter, et naturali illicitum sit homini Christiano relictam fratris sui, etiam absq; liberis, sed matrimonio iam consummato defuncti, ducere uxorem: Et an summo Pontifici liceat super huiuscemodi nuptijs dispensare. Nos præfati Rector et doctores post plures ad disputationem huiuscemodi quæstionum et ueritatem comperiendam factas ex more cōgregationes et sessiones, postq; uarios iuris tam diuini q̄ humani locos, qui ad eam rem pertinere uidebantur discussos, multas quoq; rationes in utranq; partem adductas, et examinatas, omnibus fideliter consideratis, et matura deliberatione præhabita: definimus neq; diuino, neq; naturali iure permitti homini Christiano, etiam cum Sedis apostolicæ autoritate, seu dispensatione super hoc adhibita, relictam fratris, qui etiam sine liberis post cōsummatū matrimonium decesserit, uxorem accipere, uel habere. In quorum omnium supradictorum fidem pręsens publicum instrumentum a scriba seu notario pręfatæ almæ Vniuersitatis subsignari iussimus, eiusdemq; Vniuersitatis magno sigillo muniri. Actū in æde sacra diui Petri Andegaueñ. in Collegio nostro. Anno domini Millesimo quingentesimo tricesimo, die septima Mensis Maij.

CENSVRA facultatis ſacræ Theologiæ almæ Vniuerſitatis Pariſienſis.

DECANVS et facultas ſacræ Theologię almæ Vniuerſitatis Pariſienſis, omnibus, ad quos præſens ſcriptum peruenerit, Salutem in eo, qui eſt uera ſalus. Cum nuper ſuborta magnæ difficultatis controuerſia ſuper inualiditate matrimonij, inter ſereniſſimum Henricum octauum Angliæ regem, Fidei defenſorem, et dominum Hiberniæ, ac illuſtriſſimā dominam Catharinam Angliæ reginam, claræ memoriæ Ferdinandi regis Catholici filiam contracti, et carnali copula conſummati, illa etiam nobis quęſtio in iuſtitia et ueritate diſcutienda, et examinanda propoſita fuerat, uidelicet, An ducere relictam fratris mortui ſine liberis ſic eſſet iure diuino et naturali prohibitum, ut interueniente ſummi Pontificis diſpenſatione, non poſſit fieri licitū, ut quis Chriſtianus relictam fratris ducat, et habeat in uxorem. Nos Decanus et facultas antedicta cogitantes, q̃ eſſet pium, et ſanctum, necnon debito charitatis, et noſtræ profeſſioni conſentaneum, ut his, qui in lege domini ſecura, tranquillaq; conſcientia uitam hanc ducere, et tranſigere cupiant, uiam iuſtitiæ oſtenderemus: noluimus tam iuſtis, et pijs uotis deeſſe. Hinc more ſolito, apud ędem ſancti Mathurini per iuramētum conuenientes, et ſolemni miſſa cum inuocatione Spiritus ſancti, ob hoc celebrata, necnon præſtito iu-

ramento

ramento de deliberando super præfata quæstione secundum deum, et conscientiam. Post uarias, et multiplices sessiones, tam apud ædem Sancti Mathurini, q̃ apud Collegium Sorbonæ ab octaua Iunij usq; ad secūdam Iulij habitas, et continuatas, perscrutatis prius, excussisq; q̃ diligentissime, ac ea, qua decuit, reuerentia, et religione sacræ scripturæ libris, eorumq; probatissimis interpretibus, necnon sacrosanctæ Ecclesiæ generalibus, ac synodalibus Concilijs, decretis, et constitutionibus, longo usu receptis, et approbatis: Nos prædicti Decanus et facultas, de prædicta quæstione differentes, et ad eam respondentes, sequentes unanime iudicium, et consensum maioris partis totius facultatis asseruimus, et determinauimus, prout et in his scriptis per præsentes asserimus, et determinamus: q; prędictæ nuptiæ cum relictis fratrum decedentium sine liberis, sic naturali iure pariter et diuino sunt prohibitæ, ut super talibus matrimonijs contractis, siue contrahendis summus Pontifex dispensare non possit. In cuius nostræ assertionis et determinationis fidem, et testimonium Sigillum nostræ facultatis, cum signo nostri notarij, seu bedelli, præsentibus apponi curauimus. Datum in generali nostra congregatione per iuramentum celebrata apud sanctum Mathurinum. Anno domini millesimo quingentesimo trigesimo. Mensis uero Iulij die. ij.

NOS CVM DECANO Theologiæ facultas in Vniuerſitate Bituricenſi (ut doctoris gentium Pauli exemplo, pleriſq; locis, auſpicemur ſcriptum noſtrū a precatione) Omnibus dilectis dei, in quibus uocati eſtis Lectores chariſſimi, quiq; ad quos ſcribimus, gratia uobis et pax a deo patre et domino noſtro Ieſu Chriſto. Dum complerentur dies inter octauas Pentecoſtes, et eſſemus omnes pariter in eodem loco, corpore et animo congregati, ſedētesq; in domo dicti Decani: facta eſt nobis rurſus queſtio eadem, quæ ſæpius antea, non quidem parua, hunc in modū. An rem faciat illicitā necne, frater accipiens uxorem a pręmortuo fratre relictam, conſummato etiam matrimonio. Tandem rei ipſius ueritate diſquiſita, et perſpecta multo ſingulorū labore, et ſacrorū iterata atq; iterata reuolutione codicū: unusquiſq; noſtrū nō faſcinatus, quominus ueritati obediret, cępit, prout ſpiritus ſanctus dedit, ſuū hoc unū arbitriū eloqui. Abſq; perſonarū acceptione in ueritate comperi, Perſonas memoratas in capite Leuitici octauo ſupra decimū ꝓhibitas eſſe iure ipſo naturali, autoritate humana minime relaxabili et uetitas, ne inuicem matrimoniū contrahant. Quo fit fraternę turpitudinis abhominabilis reuelatio. Et hoc uobis ſignum noſtri bedelli notarij publici, cum ſigillo dictę ſupra noſtrę facultatis pręſentib⁹ appēſo. Die decima Iunij. Anno uero a Chriſti natiuitate, milleſimo quingenteſimo triceſimo. Vt autem noſtrę ſcriptionis pes et caput uni reddantur formę, quemadmodum ſumus

auſpicati

auſpicati a precatione: ita claudamus illius, quo ſupra, exẽplo. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti, charitas dei, et cõmunicatio ſancti ſpiritus ſit cũ omnibus uobis. Amen

CENSVRA facultatis ſacrę Theologię almę Vniuerſitatis Bononieñ.



VM DEVS Opt. Max. ueterem legẽ nedum ad morũ, uitęq; informationẽ, ac inſtitutionem ore ſuo tradiderit, idemq; humanitate ſumpta, mortaliũ redẽptor deus nouũ cõdiderit teſtamentũ, ſed ad dubia, quę in multis emergebant, tollenda, declarandaq; contulerit, quæ ad hominũ perfectionem elucidata, non nihil conferunt: noſtras partes ſemper fore duxim⁹ huiuſmodi ſanctiſſima patris ęterni documẽta ſectari, et in rebus arduis, ac dubitabilibus ſuperno illuſtratos lumine noſtrã ferre ſententiam, ubi cauſa mature conſulta, multiſq; hinc inde rationibus, ſcriptiſq; patrũ dilucidata fuerit, nihil, quo ad poſſumus, in aliquo temere ferẽtes. Cum itaq; nos pręſtantes quidã, et clariſſimi uiri obnixe rogarint, ut ſubſequẽtem caſum maxima diligentia perſcrutaremur, noſtrũq; ſubinde in eum iudicium ferremus ęquiſſime, ſoli ueritati innitentes: in unũ omnes almę huius Vniuerſitatis doctores theologi cõuenimus, caſu prius per unũquenq; noſtrũ ſigillatim domibus proprijs examinato, ſummaq; ſolertia per dies plurimos cõtrectato. Illum una mox uidimus, examinauimus, cõtulimus, adamuſſimq; ſingula quęq; pertractantes, ponderauimus, rationes quaſcumq; cõtrarias, quas fieri poſſe cenſuimus

ſuimus,in mediū afferentes,atq; ſoluentes, etiam ipſius Reuerendiſſ.D.D.Card.Caitani, nec non Deuteronomicam diſpenſationem de fratris ſuſcitando ſemine, et reliquas tandem omnes ſententias oppoſitas,quę ad id negotij facere uiderētur. Quæſitum eſt igitur a nobis, An ex ſola eccleſię inſtitutione, uel etiā iure diuino ꝓhibitum fuerit, ne quis relictam a fratre ſine liberis in uxorem ducere ualeat. Q; ſi utraq; lege,ne fieri poſſit, cautum eſt, An quenq̄ poſſit Beatiſſ. Pont. ſuper huiuſmodi contrahendo matrimonio diſpenſare. Qua diligentiſſime(ut diximus) ac exactiſſime ſeorſum, palamq; examinata,ac pro uiribus noſtris optime diſcuſſa quęſtione: cenſemus,iudicamus,dicimus, conſtantiſſime teſtamur, et indubie affirmamus huiuſmodi matrimonium, tales nuptias, tale coniugium horrendum fore, execrabile, deteſtandum, uiroq; chriſtiano, immo etiam cuilibet infideli prorſus abhominabile, eſſeq; a iure naturæ, diuino, et humano diris pœnis prohibitum. Nec poſſe ſanctiſſ. Papam (Qui tamen fere omnia poteſt) cui collatę ſunt a Chriſto claues regni cęlorum: non, inquam, poſſe aliqua ex cauſa ſuper huiuſmodi cōtrahendo matrimonio quenquam diſpenſare. Ad cuius concluſionis ueritatem tutandam omnes in omnia loca et tempora parati ſumus. In quorū fidem has ſcripſimus,almeq; noſtræ Vniuerſitatis ac ſacri uenerabilium Theologorum collegij ſigillo muniuimus, ſolita noſtra generali ſubſcriptione ſignātes. Bononię in eccleſia Cathedrali, decima Iunij. Anno dn̄i. M.D. xxx.ſub diui Clementis. vij.pōtificatu.

Cenſura

CENSVRA facultatis sacræ Theologię almę Vniuersitatis Patauieñ.

TESTANTVR, qui catholicā fidem astruūt, deū Opt. Max. legis ueteris pręcepta filijs Israel ad exemplar uitæ, ac morum nostrorum institutionem ore proprio tradidisse, eundemq; trabea humanitatis indutum, redemptorem omnium factum, nouum testamentū condidisse, et nedum propter hoc, sed ad dubia quęcunq; emergentia remouenda, dilucidandaq; nobis misericorditer condonasse. Quæ ad nostri perfectionem enucleata, fructus uberes conferunt et salutares. Nostrum semper fuit, eritq; per secula (uti christicolas decet) huiusmodi celebratissima summi opificis instituta sectari, et in quibusq; dubitationibꝰ, ac arduis quęstionibus supernaturali lumine freti, nostrū ꝑferre iudiciū, ubi res ipsa optime cōsiderata, multisq; hinc inde demonstrationibus, atq; patrū autoritatibus mature declarata fuerit, temere, quoad possumus, nihil omnino iudicātes. Cum igitur nos quidā oratores clarissimi suppliciter exorarint, ut subsequentem casum diligentissime perscrutari dignaremur, atq; nostrā ferremus exinde sententiā, soli ueritati simpliciter attendentes. Qua ex re omnes huius almę Vniuersitatis doctores theologi insimul conuenimus, re ipa prius per nostrū quēlibet particulariter proprijs domibus examinata, summaq; cū solertia enucleata, mox in unū redacti, cuncta cōsiderauimus, examinauimus, omniaq; sigillatim ponderauimus: argumenta quęcunq; cōtraria, quę fieri quoquo modo posse putauimus, adducentes, atq;

integerrime dissoluētes, necnon Deuteronomicā dispē-
sationem de fratris suscitādo semine, et reliquas omnes
rationes atq̧ sentētias oppositas, quę ad id facere uide-
bātur. Questio igitur talis fuit exposita, An ex sola san
ctę matris ecclesię institutione, uel etiam de iure diuino
prohibitū fuerit, ne quis relictā fratris absq̧ liberis in
uxorē ducere ualeat. Q̧ꝫ si utrobiq̧ fieri nequeat cau-
tum est, An Beatiss. Pont. super huiusmodi contrahēdo
matrimonio quenq̄ dispēsare legitime possit. Quo ex-
actissime (ut dictū est) seorsum, publiceq̧ discusso, ac ꝓ
uiribus dilucidato quæsito: dicimus, iudicamus, decer-
nimus, attestamur, atq̧ ueridice affirmamus matrimo-
nium huiusmodi, tale coniugiū, et tales nuptias nullas
esse, imo detestabiles, atq̧ execrādas christiano cuilibet
esse prophanas, et ut scelus abhominādas, crudelissimis
pœnis iure naturę, diuino, et humano clarissime prohi
bitas esse. Nec beatissimū Pont. cui claues regni cęle-
stis a Christo dei filio sunt collatæ, ulla ex causa posse
super tali matrimonio contrahendo quenq̄ iuridice di-
spensare. Cum illa, quę sunt a iure diuino prohibita, nō
subsint eius potestati, nec in illa gerit uicem dei, sed so
lum super ea, quę sunt cōmissa iurisdictioni hominum.
Ad cuius sententię, ac cōclusionis ueritatem tutandā, et
eiusdē certissimā defensionē, omnes nos unanimes sem-
per et ubiq̧ parati sumus. In quorū fidem has nostras
fecimus, almęq̧ uniuersitatis nostrę ac sacri reuerendo-
rum Theologorū collegij sigillo solito cōmuniuimus.
Datum Paduæ in ecclesia Heremitarum. S. Augustini,
die primo Iulij. M. D. xxx.

Censura

CENSVRA almę uniuersitatis Tholosanę.

TRACTABATVR in nostra Tholosana Academia perq̃ difficilis quęstio, Liceat ne fratri eã, quę iam olim defuncto fratri uxor fuerat (nullis tamen relictis liberis) in matrimonio sibi coniungere. Accedebat et alius scrupulus, qui nos potissimũ torquebat, Si Romanus Pont. cui est cõmissa gregis christiani cura, id sua, quã uocamus dispensatione, permittat: tunc saltem liceat. Ad utranq; quæstionem cogitandã doctores omnes regentes, qui tũc Tholosę aderãt, coegit Rector in consiliũ. Neq; id semel tantũ, sed etiam iterũ. Quippe existimans præcipitari non oportere consilia, indigereq; nos tẽpore, ut aliquid maturius agamus. Demũ quũ in unũ locũ conuenissent omnes tũ sacrarũ literarũ disertissimi interpretes, tũ utriusq; censurę cõsultissimi, deniq; qui quauis in re et iudicio, et oratione uiri felicibus ingenijs nõ mediocriter exercitati essent, ac sese sacrosanctis Cõcilijs parere uelle, sanctorũq; patrũ haud quaq̃ pijs animis uiolanda decreta imitari iurassent, et unusquisq; suã sententiã protulisset, atq; in utrãq; partem diffuse decertatũ esset: Tandẽ in eam sententiã sic frequentius itũ est, ut uno omniũ ore alma nostra uniuersitas animis sincerissimis, nulloq; fermento uitiatis censuerit, iure diuino pariter et naturali uxorẽ relictã fratris sui nemini licere accipere. At postq̃ id lege eadẽ non licet, responsum est, non posse Pont. aliquẽ ea lege soluere. Nec huic sentẽtię refragari potest, q̃ cogeretur olim frater uxorẽ demortui fratris accipere. Nam hoc figura erat, atq; umbra futurorũ. Quę omnia adueniente

luce et ueritate euangelij euanuerunt. Hæc quoniã ita ſe habent, in hanc formam redegimus, et per notariũ, qui nobis eſt a ſecretis ſignari, ſigilliꝗ autentici eiuſdem noſtræ almæ Vniuerſitatis iuſſimus appenſione cõmuniri. Tholoſę. Kal'. octob. Anno a Chriſto nato M.D.xxx.

PRAEFATIO AD LECTOREM.



ABES HIC candide lector cenſuras, et decreta, quæ illuſtriſſimæ, ac omnium, quas habet eccleſia chriſtiana, maxime celebres Academię ſuper legibus illis Leuiticis, quibus, ne quis uxorem fratris defũcti ſine liberis ducat, prohibetur, magno cum conſenſu, iudicio, fide, integritate, et conſcientiarũ religione tulerunt, ſanxerũt, ac autoritate ſua confirmauerunt. Ea ſane, ut apud te: ita non dubitamus, quin etiam apud alios quoſꝗ cordatos uiros, candidaꝗ ingenia (ut quibus una ſola ueritas, etiamſi nullis teſtimonijs fulciatur, aut ullo argumentorũ apparatu illuſtretur, abunde ſatisfacere ſolet) fidem merito facere debeant, certiſſimum ueriſſimũꝗ cenſeri deberi, quod a tot integerrimis, ſapiẽtiſſimis, ac omni literarũ genere eruditiſſimis uiris tã grauiter, tã accurate, tam mature fuerit quęſitũ, excuſſum, peruestigatũ, ac definitũ deniꝗ. Cęterũ quoniam non deerunt fortaſſe aliqui, quos tantorũ uirorũ calculi, et ſuffragia, tot tam inſignium Academiarũ cõſenſus, et autoritas, a recepta ſemel opinione parũ quidem dimoueant, ſed

in ueri-

in ueritatis cognitionem altius adhuc enitendum putabunt, quiq; non niſi inſpectę, et perluſtratę ueritatis fundamētis, ac non ex aliorū ſententijs et iuditijs perſuaſionem ſuam ſtatuere, et confirmare uolunt: exiſtimauimus nos operæprecium facturos, ſi rationes aliquot, atq; autoritates in unum quaſi uolumen redigeremus, quibꝰ plane doceatur ſatis magnas, graues, atq; iuſtas rationes fuiſſe, quę tot uiros in hanc ſententiam adducere potuerunt. Huic autem rei dum inſiſtimus: uiſum eſt nobis non ſolum ſacræ ſcripturę, ſanctorum Conciliorum, et canonum, neq; non receptiſſimorū eccleſię doctorum autoritates, uerū etiam rationis, et naturæ teſtimonium ueluti regulam, et amuſſim quandam ſequi: et quatenus uel ſcriptura, uel ratio, uel deniq; natura huic iſtorum ſententiæ explicandę, et ſtatuendę ſuffragari nobis uiſa ſunt, in medium afferre. Quę ſi acerrimo tuo iudicio minus ſatisfecerint, et pręſentis negotij tractationem parum urgere uideantur: non erit tamen optime lector, ꝙ ex tenui noſtra eruditione, grauiſſimam alioqui iſtarum Academiarum cenſuram, atq; altiſſimam ſapientiam eſtimes, ſed pro tuo genuino candore dabis ueniā imbecillitati noſtrę, quæ meliora dare non potuit, et ab ipſis Academijs grauiora illa atq; ſolidiora argumenta expectabis. Quę ut illę in promptu habent: ita non dubitamus, quin pro ſua humanitate facile cuilibet poſcenti ſunt reddituræ, et propediem etiam orbi palam inuulgaturę. Interim candide lector ſtudium, conatūmq; hunc noſtrū æqui boniq; conſulas, et has qualeſcunque lucubrati-

ones

ones exporrecta fronte, et ęquissimis oculis perlustręs. Necq; uero molestum tibi fuerit optime lector, si in hoc opere diutius alicubi immoremur. Nam et hui⁹ negotij difficultas, et instituti nostri ratio efflagitat, ut altius a capite, ipsoq; fonte singula perstringamus, atq; adeo latius, fusiusq; cūcta explicemus: quo et ueritas patefacta clarius elucescat, et error diuersa sentientiū facilius deprehēdatur. Ergo quoniam istarū Academiarū sententia duo potissimū quasi summa assertionis suę capita complectatur. Alterū ꝙ diuino pariter ac naturali iure prohibitū sit, ne quis christianus ducat relictam fratris, morientis sine liberis. Alterū ꝙ summus Pontifex super huiusmodi matrimonijs cōtractis, siue cōtrahendis dispensare non possit. Primū et ante omnia lubet hic in ueterem illā dei legem prospicere, ut reuelata facie, gloriam ueritatis domini intueamur. In eam siquidem quisquis exuto uelamine carnis, et sanguinis, una cum eius desiderijs, affectibus, et cupiditatibus oculis (quibus oportet) intēderit: intelliget haud dubie, quę sunt dei, quę Christi, quæ spiritus. Ea enim perfecte docet, quę sunt timoris domini, et ueritatis in ęternū permanētis, quę sunt iustitię dei ęternę, quę sunt uirtutis dei, quę sunt gratię dei, quę sunt fidei, quę sunt agnitionis peccati, quæ sunt sanctitatis, quæ perfectionis, rectitudinis, et æquitatis, quæ charitatis, breuiter, quę munda immūda, poluta impoluta, decora, et beneplacentia, abhominanda, execrāda, sancta, et prophana apud deum habeantur. Mosis igitur historia, quatenus ad matrimonij sacramentum pertinet: sic habet.

Postq̄

Cap. I.



OSTQVAM deus opt. max. cęlum, terras, et uniuersa, quę horum ambitu cõtinentur, deniq; Adamum ipsum inenarrabili prorsus potẽtia sua creasset: uidens pro sua incredibili sapientia non conuenire, nec bonũ esse, ut Adamus solitarius, et omni presidio destitutus, uitam in paradyso traduceret (utpote quem ad amicitiã, et beneuolentiam natura finxerat, et in cuius animum iam ante suo digito insculpserat cõmunes quasdam intelligentias, quę ad pietatem, amicitiam, et cętera uirtutum officia non solum impellerent, sed etiam ad eadem rite formanda in primis ualerent) immisit statim soporem in Adam, ac tollẽs unam de costis eius ędificauit eam in mulierem. Quumq; addnxisset eam ad Adam, ac cõnubij fędere arctissime cõiunxisset, mox cõnubij leges pręscripsit dicẽs: Hoc nũc os, ex ossibus meis, et caro de carne mea: quã ob rem relinquet homo patrẽ suũ ac matrẽ, et adhęrebit uxori suę, et erunt duo in carne una. Sed horum fęlicitati inuidens Satanas, illos per insidias, et non dicenda calliditate mox adorsus: non cessauit, quoad in nassam scelerum pellexisset. Hinc paradyso proscripti, et profligati, terrã cogebantur excolere. Ibi quum liberis darent operam, et iam temporum progressu in infinitum creuisset hominum multitudo, uidens deus q multa malitia hominũ esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, adeo, ut acciperent sibi uxores ex omnibus, quas elegerant, nulli interim gradui parcentes:

Genesis. 1. et. 2.

Genes. 3.

Genes. 6.

.I. ca.C tes: ductus penitentia dominus, q hominem fecisset, induxit aquas diluuij super terrã, et interfecit omnem carnem, in qua spiritus uitę erat subter cęlum, exceptis
Genes.9. pauculis illis, quos in arcam cõmigrare iussit. Quibus post diluuium ex arca in apertum euocatis, quando uidelicet cũ mortaliũ genere in gratiam redijsset dominus, benedicens Noe et filijs eius, matrimonij leges rursum promulgaturus, ante omnia edixit, ut cõiugio dantes operam crescerent, et multiplicarentur, et reple
Exodi.9. rent terram; Cæterum post exacta aliquot secula, quũ iam filij Israel sexaginta plus minus dies, in deserto fuissent; fixissentq; tentoria e Regione montis Oreb; quumq; stupenda quadã religiõe dñs Mosi exposuisset nõ solũ pręcepta, et iudicia, quę ad populũ ferri uellet, uerũ etiã eundem de tabernaculi structura, et ornamentis, de sacrificijs, holocaustomatis, et loco, ac tempore eorundẽ, de sacerdotibus leuiticis, de ciborũ discrimine, de leprarũ mũdatione, ac cęteris misticis, in quibus umbra fidei, et morũ, nõ ueritas reluceret, abunde instruxisset:
Leuit.18. uocauit rursum dñs Mosen de tabernaculo testimonij, et quoniã iam tẽpus instabat populo Israelitico demigrandi in terrã promissam, iubet rursus Mosen, ut de illius oraculo, et pręcepto, populũ denuo admoneret de obseruãdis moralibus pręceptis, et uitę ordinatiuis; et q̃ copiosissime posset, eadẽ illis iam iterũ explanaret. Quoniã igitur deo studio in primis, curęq; fuit, ut populus suus, quem sibi peculiarẽ delegerat, coniugium,
Hebre.13. quod est inter omnes honorabile, ea qua decet, castitate, et purã integritate sanctificaret, necnon immacu

lata.

lata, et impolluta cubilia seruaret, ne ue eiusmodi ma=
trimonijs sese contaminaret, quę uelut impia, incesta,
et execranda in gentibus iam longum abhominatus, et
grauissimis pęnis iustissime ultus est: iubet dominus
Mosen, ut matrimonij leges naturali uerecundię con=
formes, populo suo pręscriberet, et ea matrimonia, quę
turpitudinem haberent annexam, prorsus interdiceret.
Itaq; his uocibus usus est ad Mosen dominus. Loquere
o Moses filijs Israel, loquere, ac narrato illis non tuum
uerbum, non tuum pręceptum, sed meum. Ego enim
ipse dominus et deus illorũ, hoc pręcipio, hoc mando,
ut nec iuxta abhominandam consuetudinem ægyptio=
rum, a quorum misera seruitute in iustam libertatem
meo forti brachio illos adserui, sed nec iuxta sceleratissi=
mos mores, aut secundum legitima Cananeorum, quo=
rum terram sum illis daturus, ambulent: sed ut mea de=
inceps pręcepta, mea iudicia, meas leges seruent, custo=
diant, et ambulent in eis. Illis enim pręter alia scelera,
legitimũ quoq; et solemne est, cũ fœminis sanguine, et
affinitate coniunctissimis, citra omnem delectum igno=
miniosissima libidine sese cõmiscere. Ab hoꝝ igitur mo
ribus uolo meũ populũ q̃ lõgissime abesse, et ꝑinde di=
co atq; edico illis ipse ego idẽ dñs et deus illorũ, quate=
nus omnis homo ad ꝓximã sanguinis sui nõ accedat,
ut reuelet turpitudinẽ eius, nempe ad matrẽ, nouercã,
sororẽ, neptẽ, amitã, materterã, filiã preuigni, filiã pre=
nignę, sororẽ uxoris. Vxorẽ autẽ fratris sui, nullus acci=
piat, et turpitudinẽ uxoris fratris sui nullus reuelet, q̃a
turpitudo fratris sui est. Nã qui duxerit uxorẽ fratris

ſui, rem facit illicitam, abſq; filijs erit. Ne polluantur ergo in omnibus his, quibus cōtaminatę ſunt uniuerſę gentes, quas ego eijciam ante conſpectum ipſorum, et quibus polluta eſt terra, cuius ſcelera ego uiſitabo, ut euomat habitatores ſuos. Cuſtodiant legitima mea, atq; iudicia, et non faciant ex omnibus abhominationibus iſtis tam indigena, q̄ colonus, qui peregrinatur apud eos. Omnes enim execrationes iſtas fecerunt accolę terrę, qui fuerunt ante eos, et polluerunt eam. Caueant ergo, ne et illos ſimiliter euomat, quū paria fecerint, ſicut euomuit gentem, quæ fuit ante eos. Omnis enim anima, quę fecerit de abhominationibus iſtis quidpiam, peribit de medio populi ſui.

Et hactenus quidem quicquid pene de matrimonij inſtitutione, et legibus, tum etiam de cōſanguinitatis et affinitatis impedimentis, quę hodie obtineant, et in ueteri teſtamento ipſius dei oraculo pręſcribitur, breui quadam paraphraſi, ſed non niſi ad probatiſſimorum interpretum fidem, et q̄ potuimus, etiam breuiſſime explicauimus. Vnde facile deprehendi poteſt, non ſolum ꝙ in diuinis literis hoc reperiatur expreſſum matrimoniorum impedimentum, quo perſonę illegitime reddantur, nempe ſanguinis proximitas (ut Moſi uerbis utamur) qua et cognatos, et affines accipimus, nec omnino tamen, ſed in illis dumtaxat gradibus, et perſonis, quos ſupra cōmemorauimus, et in Leuitico expreſſe numerantur: ſed etiam ꝙ nihil hic prætexere, aut tergiuerſari quiſq̄ poſſit, quo minus, qui fratris uxorem duxerit, non modo deum contempſiſſe, qui diuer-

ſum

ſum tanta cum maieſtate pręceperit, uerumetiam in publicos mores pernicioſo exemplo peccaſſe, naturę legibus repugnaſſe, necnon pudoris et coniugij iura, ſanctimoniamqꝫ fœde uiolaſſe, deniqꝫ ꝓpagandę charitati chriſtianę plurimum detraxiſſe publice exiſtimetur. Harum enim legum ſeriem, uim, energiamqꝫ, tum earum inſtituendarum conſilium, ac rationem quiſquis ſecum ordine reputabit, primum quidem, q̃ uehementer promoueant ad tuendam, colendamqꝫ pietatem, caſtitatem, pudicitiam, coniugiorum ſanctitatem, puritatem, naturę uerecundiam, pudorem, reuerentiam erga propinquos, charitatis propagationem, et ad alia demum uirtutum officia propter ſe honeſta, et ad conſecutionem æternę felicitatis neceſſaria. Deinde quemadmodum deus ipſe opt. max. non ſolum a beneficijs, ſed etiam ab ipſius auguſtiſſima, et inuiolabili autoritate, quaſi quibuſdam obteſtationibus ad ea pręſtanda non ſolum iudęos, ſed et proſelytos adhortetur. Ad hec quanta uerborum emphaſi et pondere, quantaqꝫ cũ ſolicitudine pronũcians ingeminat deus, hominis non eſſe, turpitudinem eſſe, ſcelus eſſe, execrationem eſſe, abhominationẽ eſſe, fas non eſſe, licitũ non eſſe, cõtra ipſiſſimas dei leges eſſe, breuiter, fœdum, et ignominioſum eſſe, ut quis horum quidpiam faciat. Poſtremo quibus et q̃ grauibus intẽtatis pœnis has leges exigat deus, atqꝫ adeo q̃ ſeuere uindicarit, et animaduerterit in gentes, ꝙ in his gradibus etiam ante hanc pręſcriptam legem execrabiles nuptias iniuiſſent, paria quoqꝫ, nec minora ſupplicia iudęis, et ꝓſelytis minitans, ſi quando

paria flagitia perpetraret. Hæc sane si quis ꝓ eo, ac de-
bent, religiose perpenderit, excusserit, quomodo harũ
academiarũ assertiones et decreta nõ statim ꝓbabit, ut
uidelicet diuino pariter et naturali iure prohibitũ certo
putet, ne quis christianꝰ relictã fratris sui uxorẽ capiat.
Quum enim istę prohibitiones (quemadmodũ et infra
latius docebimꝰ) in timore dei, in ueritate, in iustitia, in
sanctitate, i ꝑfectiõe, in rectitudine, in ęquitate, in fide,
et charitate, in declaratione agnitionis peccati, in decla-
ratione agnitionis gratię dei, in mũdicia, in decentia, in
obsequio deniq̃ bono, rationabili, sãcto, et beneplacito
dño deo, ab ipso sancitę et fundatę sint: quis pura animi
cõscientia pręditus non sentiat huiusmodi uetita con-
iugia corã deo pariter et hominibus, incestuosa, fœda,
immũda, abhominabilia, et execrãda esse? Et quis hu-
ius incestus sibi conscius, monarcha licet fuerit, nõ me-
tuet horrendũ dei iudicium, primũ quidem ne diuinam
ultionem in se prouocet, quemadmodũ et filij Cain, qui
(ut probatis autoribus placet) diluuio extincti sunt, q
suis sororibus et uxoribus fratrũ turpiter abuterẽtur,
deinde ne cũ Regibus Canaan uel amissis, uel exhere-
datis liberis solum uertere cogatur, quemadmodũ olim
Hier. 22. Iechonias rex, postremo uero ne post hãc uitã æterni
etiã cruciatus tormẽta incurrat? Ecce enim sacrosãctas
dei leges, ecce uiua oracula, et uerba longe efficacissima,
Hebre. 4. penetrãtiora (quod ait Paulus) quouis gladio bis anci-
piti, usq̃ ad diuisionẽ animę simul et spiritus, cõpagũq̃
et medullarũ pertingentia. Quę quũ ita sint simplicia,
et aperta, ut si quis aliquid addiderit, periculũ fuerit, ne

iuxta

iuxta Solomonis sententiã arguat, inueniatq; mẽdax: Pro.30.
Christiani pfecto pectoris fuerit dei uerba, et autoritatẽ eiusmodi matrimoniũ cũ fratris uxore cõtractũ sic phibẽtis, sic abhominãtis, sic ulciscentis et uindicãtis, pluris facere, q̃ ullam hominũ autoritatem, aut ullã terrenarũ rerum fęlicitatem, cũ tanto scelere et impietate, cũ tanta animi carnificina, atq; laniena cõiũctam. Quis Act.5.ca.
enim non uideat deo potius obediendũ esse q̃ hominibus, et parum homini prodesse, etiam si totum mundũ Mat.16.
lucretur, animę uero suę detrimentum paciatur?

POST hæc igitur dei uerba, ut nihil sit, quod pius et christianus lector merito desideret ad permouendã cõscientiam ipsius, ut certo credat se leuiticas has de nõ ducenda uxore fñis prohibitiones, sine scelere et diuini pariter ac naturalis iuris trãsgressione uiolare nõ posse: Nos tamen etiã Euangelicę legis testimonia, quæ ad eã rem illustrandam conferre putabũtur, tum etiam quid sacrosãcta cõcilia, et eruditiss. quiq; ac receptiss. ecclesię doctores, super hac re censuerint, in mediũ adferemus. Cap.II.
Hãc igitur Academiarũ sententiã tuetur diui in primis Ioannis et Pauli autoritas. Huius quidem dũ legem leuiticam de non ducẽda nouerca, quæ eodem loco, eodẽ 1.Cor.5.
contextu, eodem spiritu, et tẽpore, lata, et promulgata est, quo illa de nõ ducẽda uxore fratris, christianis etiãnum prestãdã iudicat, et stuprũ illud prorsus cõtra naturã, ac belluinum pronunciat. Illius uero dum palam Herodem arguit, dicens: Non licet tibi habere uxorem Mat.14.
fratris tui. Quęcũq; enim sit interpretatio illorum uer- Marc.6.
borum, ut dę uiuo, uel mortuo fratre intelligantur, Luc.9.

certum tamen eſt, ut et magnis autoribus uiſum eſt, Ioannem ex leuitico ea deſumpſiſſe: et quo maiorem autoritatem, uim, et efficatiam obtinerent, quę diceret, non ſuis uerbis, ſed diuinis impudicam et inceſtam Herodis uitam arguere uoluiſſe. Nam ex alio ſane capite fruſtra hoc nomine crimen Herodi intentaſſet, ut cui nimirum alienigenæ, ac non Iudęo, nulla alia lege interdictum fuit, quo minus uxorem fratris duceret, etiamſi decem liberos ex ea reliquiſſet. Prohibitiones enim canonicę non dum natę fuerant: et deuteromica lex Iudęos tãtum obnoxios habebat. Hac igitur haud dubie iuſtiſſima diui Ioannis ſententia aduerſus Herodem gentilem hominem ſimpliciter contorta, nec ad uxorem uiuentis fratris, aut liberos habentis cõtracta: quid aliud eum ſenſiſſe par eſt credere, q̃ leuiticam illam legem de non ducenda uxore fratris, ad omnes tam Iudęos q̃ gentes, uelut naturali rationi uehementer conſonam, ex æquo pertinere, et ad eius non aliter, q̃ ad diuini et naturalis præcepti obſeruationem omnes chriſtianos neceſſario teneri? Vt enim donemus legem Moſaicam uſq; ad Euangelij ꝓmulgationem, illis quidem non ceſſaſſe, quibus non dum reuelatũ erat Euangelium: illis tamen, qui Chriſtum, gratiam, et Euãgelium ueniſſe iam et nouerant, et prędicauerant, ſtatim mortua erant legalia omnia, quę uel iudicialia, uel ceremonialia fuerant. Neq; uero par eſt credere Ioannem his teſtibus uti, aut eorũ ueritatem uſq; ad ſanguinem tueri uoluiſſe, quorum fidem, et autoritatem, aut iam euanuiſſe, aut certe ſtatim ceſſaturam prænouerat.

Porro

Porro Paulus non solum Corinthiorum magistratus, plebemq; uerbis grauiter increpat, φ corinthium illum qui nescio quo errore, prætextu fortasse Euangelicæ libertatis circũuentus, nouercam suã uxorem accepisset, impunitum inter illos uersari sinerent: uerum etiam ipse eundem grauissimo excõmunicationis supplicio damnat, non tam φ contra legem, q̃ φ contra naturam fecerat, dicens fornicationem talem esse, qualis nec apud gentes sit, quæ lege naturę ducantur, significans nimirũ naturam abhorrere, ut una uidelicet et eadem caro, nempe pater et filius, eidem mulieri cõmisceantur. Ex quo nemini obscurum esse potest, quod dum legem Mosaicam, de nõ ducẽda nouerca, Christianis etiamnũ pręstandam iudicat, et fornicationem illam prorsus innaturalem ac pecuinam pronunciat, qua quis cũ uxore patris proxima uidelicet sanguinis sui cõmiscetur, hoc plane sensisse uidetur, uidelicet multo minus licitum esse Christianis ꝑpinquiores sanguine ducere, et æquo certe iure prohiberi, quæcunq; eadem lege leuitica numerantur, quatenus omnes in eadem ratione, uidelicet unitatis carnis, sint fundatæ, et sint contra honestatem, ac uerecundiam naturę. Quin et illud manifeste comprobatur ex eo, φ apostolus hoc etiam loco fornicationis uocabulo usus sit, quo perpetuo fere non ille solum, sed et cæteri Apostoli in scriptis suis omnia illa illicita cõnubia, et turpitudines in leuitico prohibitas, complecti solent. Sic enim et dum Ephesios adhortatur Paulus, ne fornicatio, aut immunditia, aut turpitudo nominetur in illis, Et ad Galatas scribens, docet

1. Cor. 5

Gala.5. fornicationem, immunditiam, et luxuriam eſſe opera
carnis: tacite procul dubio damnat omnes uiolantes
has prohibitiones de matrimonijs, et turpitudinibus
immundis, illicitis, et deo abhominabilibus. Diuus
enim Hieronymus eum locum enarrans, primum in-
quit, opus carnis eſt fornicatio, quod inter cætera
ſeptem uitia maximum ſcelus eſt, quia per carnis im-
munditiam templum dei polluitur. Secundum opus
carnis, immunditia nuncupatur, quam comes luxuria
ſequitur. Quomodo enim in ueteri lege de nefandis
criminibus, quæ in occulto fiunt, quæ nominare etiã
turpiſſimum eſt, ne dicentis os, et aures audientium
pollueren tur, generaliter ſcriptura complexa eſt di-
Leuit.25. cens: Verecundos uel uerentes facite filios Iſrael ab
omni immunditia: ſic et in hoc loco Apoſtolus cæ-
teras omnes extraordinarias uoluptates, ipſarũ quoqꝫ
opera nuptiarum, ſi non uerecunde, et honeſte quaſi
ſub oculis dei fiant, et ut tantũ liberis ſeruiatur, im-
munditiam et luxuriam nominauit. Sicut enim, au-
Auguſti. in queſt. Deut. thore Auguſtino, furti nomine in decalogo uenit om-
nis illicita uſurpatio rei alienæ, et ſub appellatione
mœchię omnis illicitus concubitus, atqꝫ illorũ mem-
brorum non legitimus uſus prohibitus debet intel-
ligi: ita plane et omnis illicita uiri et mulieris con-
iunctio turpitudo, et omnis mœchia pariter et turpi-
tudo fornicatio in ſcriptura dicitur. Quãquam enim,
Iſodo.32. q.7.cap. Nõ ſolũ. quod inquit Iſodorus, diuerſa turpitudinis uoluntate
unuſquiſqꝫ proſtituatur, omnis tamen immunda pol-
lutio fornicatio dicitur. Ex delectatione enim forni-
candi

candi uaria gignuntur flagitia, quibus regnũ dei clau- ditur, ut homo a deo ſeparetur. Iam apoſtoli dum in concilio, quod ab ipſis per ſpiritum ſanctũ Hieroſoly- mis coactum et celebratum eſt, pręſcribere niterentur, quid ex lege Moſaica pręſtandum, aut fugiendũ foret Chriſtum profeſſis, in hęc uerba decreuerunt. Viſum eſt ſpiritui ſancto et nobis, ne quid amplius impona- tur uobis oneris, q̃ hęc neceſſaria, uidelicet ut abſtine- atis a cõtaminationibus ſimulacrorum, et fornicatio- ne, et ſuffocatis, et ſanguine. Quo loco haud dubie ſub generali fornicationis nomine, omnem etiã copu- lam, et connubium a lege interdictũ, et illegitimũ, et quod iuxta legem fornicationis nomine ueniebat, ta- cite prohibuerunt. Quũ enim prohibeant fornicatio- nes iuxta pręcepta legis, fieri nõ poteſt, quin etiã ma- trimonia contra legis diſpoſitionẽ illegitima, hic pro- hibita eſſe cenſeãtur, de quibus alioqui apoſtolos cõ- ſtituere neceſſarium non fuiſſet. Quod enim non mu- tatur, quare ſtare prohibetur? Nemo itaq; ſic ſibi blã- diatur, tanq̃ leuia ſint huiuſmodi mandata, aut tanq̃ hę rationes parum momenti habeant, quũ euidentiſ- ſime conſtat, pręcipua eſſe fidei fundamenta, a toto a- poſtolorũ cõcilio iacta, et tanq̃ eccleſiæ firma colũna, de profliganda ſcilicet fornicatione, et idololatria, ad quã huiuſcemodi fornicationes proxime accedere ui- dentur: ſed cauendũ etiã atq; etiam eſt, cũ ad eccleſiã illã quilibet Chriſtianus pertineat, pro qua Chriſtus ſe ipſum tradidit, ut illam ſanctificaret, et mũdaret la- uacro aquæ in uerbo uitę, quũ omnes ſimus membra

Act. 15.

Ephes. 5.

corporis eius, et ex oſſibus eius, ne quis uidelicet tem=
plũ dominici corporis deturpet, aut fœdis nuptiis co=
1.Cor.3. inquinet. Qui enim templum dei uiolauerit, diſperdet
illum dominus. Per iſta itaq; ſatis manifeſte innoteſ=
cere uidetur, huiuſmodi prohibitiones matrimonii, nõ
ſolum ex lege, ſed etiam ex euangelio, et apoſtolica in=
ſtitutione, autoritatem hodie obtinere, tanq̃ iuris di=
uini et naturalis ſanctiſſime ſanciti, ac omnino inuio=
labiliter obſeruandi. Illam autem leuiticam prohibiti=
onem, de non ducenda fratris uxore ſpecialiter etiam
ab ipſo Chriſto et apoſtolis introductam, traditam, et
inſtitutam fuiſſe, ut ab uniuerſa Chriſtifidelium eccle=
Tertuli. libro. 4. aduerſus Martio. ſia, ſumma cũ ueneratione obſeruaretur, autor eſt Ter=
tulianus, ſcriptorum omnium ab apoſtolorũ tempori=
bus longe antiquiſſimus. Is enim diſputans aduerſus
Marcionem, de eo quod in euangelio Chriſtus excuſa=
uit potius q̃ deſtruxit Moſi cõſtitutionem de repudio,
Nõ eſt inquit, hic a Chriſto ſubito interpoſita hęc re=
pudij propoſitio, ſed habet radicem ex mentione Io=
annis. Is enim retundens Herodem, ꝙ aduerſus legẽ,
uxorem fratris ſui defuncti duxiſſet, habentis filiam ex
ea, coniectus in carcerem fuerat, et ab eodem poſtmo=
modum occiſus. Facta igitur, inquit, mentione Ioan=
nis, et ſucceſſus exitus eius, dominus illicitorũ matri=
moniorum, et adulterij figura, iaculatus eſt in Hero=
dem, adulterum pronuncians etiam qui dimiſſam a
a uiro duxerit, quo magis impietatem Herodis onera=
ret, qui non minus morte, q̃ repudio dimiſſam a uiro
duxerat, et hoc fratre habente ex illa filiã, et uel eo no=

mine

mine illicita, ꝙ ex libidinis, non ex legis inſtinctu id fecerat, ac propterea prophetā quoq; aſſertorem legis occiderat. Idem uero et alio loco: Quoniā, inquit, quidam interdū nihil ſibi dicūt eſſe cum lege, quā Chriſtus nō diſſoluit, ſed adimpleuit, interdum quę uolūt legis arripiūt, plane et nos ſic dicimus, deceſſiſſe legē, ut onera quidem eius ſecundum ſententiam apoſtolorum, quę nec patres ſuſtinere potuerunt, conceſſarint, quę uero ad iuſticiam ſpectant, non tantum reſeruata permaneant, uerum et ampliata, ut ſcilicet redundare poſſit iuſticia noſtra, ſuper ſcribarum et phariſeorum, iuſticia iuſti utiq;, et pudicitia. Si ergo quoniam in lege pręcipitur, ut quis fratris ſui uxorem ſine liberis defuncti, in matrimoniū adſumat, ad ſuſcitandum fratri ſuo ſemen, idq; ſępius euenire in unam perſonam poteſt, ſecundum callidam illam queſtionem Sadduceorum, ideo et alias putant permiſſam frequentiā nuptiarū. intelligere debebunt primo rationem ipſius pręcepti, et ita ſcient illam rationem iam ceſſantem, ex eis eſſe, quę euacuata ſint. Neceſſario nāq; ſuccedendum erat in matrimonium fratris ſine liberis defuncti, primū quia adhuc uetus illa benedictio decurrere habebat: Creſcite et redundate, dehinc quoniam patrū delicta etiam de filijs exigebantur, tertio quoniam ſpadones, et ſteriles, ignominioſi habebātur. Itaq; ne ꝓinde maledicti iudicarentur, qui non naturę reatu, et mortis pręuentu orbi deceſſiſſent, ideo illis ex ſuo genere uicaria, et quaſi poſtuma ſoboles ſupparabatur. At ubi Creſcite et redūdate, euacuauit extremitas tē-

 porū,

porũ, inducẽte apoſtolo, ſupereſt ut et qui habent uxores, ſic ſint, ac ſi nõ habeant, quia tempus in collecto eſt, et deſijt uua acerba a patribus manducata, filiorum dẽtes obſtupefacere (unuſquiſq; enim in ſuo delicto morietur) et ſpadones nõ tantum ignominia caruerunt, uerum et gratiam meruerunt, inuitati in regna cælorum, ſepulta lege ſuccedendi in matrimonium fratris, contrarium eius obtinuit non ſuccedendi in matrimonium fratris. Et ita, ut prędiximus, quod ceſſauit ualere ceſſante ratione, non poteſt alij argumentationem accommodare. Ergo non nubet defuncto uiro uxor, fratri utiq; nuptura, ſi nupſerit. Omnes enim nos fratres ſum⁹, et illa nuptura, in domino habet nubere, id eſt nõ ethnico, ſed fratri, quia et uetus lex adimit cõiugium allophylorum. Cum autem et in Leuitico cautum ſit, quicunq; ſumpſerit fratris uxorem, immũditia eſt, turpitudo eſt, ſine liberis morietur, ſine dubio dum ille prohibetur denuo nubere, et illa prohibetur, nõ habens nubere, niſi fratri. Hęc igitur quũ a Tertulliano tunc ſcripta fuerint, quando uel pauca admodum uel certe nihil Eccleſia ſtatuerat, præter ea quæ CHRISTVS ipſe, et apoſtoli tradiderant, credendum plane eſt, hanc legem ex Chriſti et apoſtolorum inſtitutione manaſſe, et nouo ueluti pacto, et teſtamento repetitam, confirmatam, et explicatam fuiſſe, quaſi dignam in primis, quæ a Chriſtianis omnibus perpetuo, et religioſiſſime obſeruari debeat. Id autẽ uehemẽter confirmat et diuus ille Gregorius cognomento magnus, qui conſultus olim ab Auguſtino

Leuiti. 18 et. 20.

Vide Decreta Gregorij.

gustino Anglorũ episcopo, an debeant duo germani fratres singulas sorores accipere,quę sunt ab illis longa progenie generatæ, respõdet, hoc omnibus modis fieri licere: quoniã in sacris eloquijs nihil inueniatur, quod huic capitulo contradicere uideatur. Et rursus ab eodem rogatus usq; ad quotam generationem, fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari, et num liceret cum nouercis et fratrum uxoribus(quas illa ætas cognatas appellabat) coniugia inire,in hunc modum ad utrunq; ordine rescripsit. Quędam terrena lex in Romana republica permittit, ut siue fratris et sororis, siue duorum fratrum germanorũ,uel duarum sororum filius, uel filia misceantur. Sed experimento didicimus,ex tali cõiugio sobolem non posse succrescere, et sacra lex prohibet cognationis turpitudinẽ reuelare. Vnde necesse est, ut iam tertia, uel quarta cognatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda,quam prędiximus, a se omnino debet abstinere. Cũ nouerca autem misceri, graue est facinus, quia in lege scriptum est: turpitudinem patris tui, non reuelabis. Quanquã enim patris turpitudinẽ filius reuelare nõ potest,tamẽ qa scriptũ est: Erunt duo in carne una, certe qui turpitudinẽ nouercę, quę una caro cũ patre fuit,reuelare pręsumpserit, is ꝑfecto patris sui turpitudinẽ reuelat. Cũ cognata quoq; misceri prohibitũ est,quia per cõiunctionẽ priorẽ caro fratris fuerit facta. Pro qua re etiã Ioãnes Baptista capite trũcatus, et sancto martyrio cõsũmatus est. Cui nõ est dictũ,ut Christũ negaret, et pro Christi cõfessione occisus est:sed quia dñs noster Iesus

Christus

Christus dixerat, Ego sum ueritas, quia pro ueritate Ioannes occisus est, uidelicet pro Christo sanguinem fudit. Quia uero sunt in Anglorum gente, qui dũ adhuc in infidelitate essent, huic nefando coniugio dicũtur admixti, ad fidem uenientes admonendi sunt, ut se abstineant, et graue hoc esse peccatum agnoscant, tremendum dei iudicium timeãt, ne pro carnali delectatione tormenta ęterni cruciatus incurrãt. Ecce diuinã prorsus autoritatẽ leuiticis istis legibus sic adserit uir iste sanctissimus, ac diuinarũ pariter et humanarũ legum sciẽtia peritissimus, ut censeat primum quidem, omnino non licere matrimonium, contra q̃ his sacris eloquijs prohibetur cõtrahere, deinde et martyrij causam diuo Ioanni prębuisse, ꝙ harum legum ueritatem et autoritatem uindicare uoluerit, tum autem coniugium illud, quod etiam ante suceptam fidem ab Anglis quibusdam cum relictis fratrum fuit contractum, usq; adeo illegitimum, et nefandum esse, ut non sine mortali peccato, uel officium illud coniugale inuicem reddere, uel in eo matrimonio permanere posse, pronunciet. Id quod sane non esse leuiter prętereundum censemus. Nam si Paulus legitime cõiugatos nec defraudare inuicem, nec discedere pręcipiat, quũq; idem Gregorius ijsdem Anglis indulserat, ut matrimonia in quarta generatione contracta, minime dissoluerentur, magnũ sane aliquid fuisse oportuit, quam ob rem istiusmodi matrimonia cũ fratrijs cõtracta, si saltẽ per dispensationem licuisset, nõ approbaret. Debuit sane ad id eum nonnihil inuitare, uel fidei causa, quã pręfracti

1.Cor.7.

fracti quidam (ut tunc erant nascentis ecclesię tẽpora) deserere prorsus præoptassent fortasse, q̃ uel a tenere adamatis uxorib⁹ discedere, uel ꝙ ante lauachrũ baptismatis, quũ nullis scriptis legibus gentes ab eiusmodi matrimonio prohiberentur, sese illi per ignorantiã astrinxerũt. Sed putauit sanctissimus, prudentissimus uir, habẽdam ubiqꝫ, et ante omnia diuinę iussionis rationem. Ea, ut uiolaretur, noluit ulli mortalium autor esse; Vidit, ac plane iudicauit eum, qui fratriam duxisset, contra pręcipuã matrimonij causam, et naturalẽ habendi posteros inclinationem fecisse. Vidit hoc esse facinus plane impiũ, dijs ac hominibus inuisum, atqꝫ adeo innaturale, et iumentorũ uitę proximũ. Vidit q̃ grauis pœna illos maneret, qui se hoc scelere cõtaminassent. Censuit proinde nec pacem, nec fidem, nec aliud pręterea quidquã in rebus mortaliũ tanti esse, ut huius facti maliciam posset cõpensare. Nec constare itaqꝫ, aut dici, aut certe uideri uoluit esse eiusmodi cõnubia, sed rescindi potius uoluit, admonendosqꝫ pręcepit, quotquot se talib⁹ nuptijs adstrinxissent, si christũ uellent profiteri, ut se in posterũ abstinerent, pro carnali delectatione, ęterni cruciatus tormenta alioqui sensuri. Porro diuini pariter ac naturalis iuris maiestatem, autoritatẽqꝫ istis matrimoniorũ prohibitionibus optimo iure tribuendã esse: clare te docere poterũt o lector, Pontifices alij, nõ eruditione solũ et sapientia, sed et uitę sanctimonia olim uere maximi. In his sunt, ut de cęteris hic taceamus, in primis Calixtus, Zacharias, et Innocentius. Calixtus enim rogatus, cur con- Calixtus papa ad

 sangui-

oēs Galliarum epiſcopos

ſanguineorum matrimonia illegitima cenſerentur, reſpondet: quoniam, inquit, et diuinę et ſeculi leges eadem prohibent. Et diuinæ quidem leges liberos in eiuſmodi matrimonijs ſuſceptos non ſolum eijciunt, ſed etiam maledictos appellant: ſeculi uero leges infames uocant, et ab hęreditate repellunt.

Zacharias papa. 30.q.3.ca. Pitatiū.

Zacharias autem papa, Theodoro epiſcopo Ticinenſi cōſulenti, num filia ſpiritualis carnali filio matrimonio iungi poſſet, taliter reſpondet. Bene, inquit, tua ſancta fraternitas compertum habet, ꝙ dominus pręcepit Moſi, dicens: Turpitudinem patris tui, uel matris, uel ſororis non reuelabis. Turpitudo enim tua eſt. Quum ergo a ꝓpria cōſanguinitate iubemur abſtinere: multo magis a ſpirituali noſtri patris filia ſub nimia diſtrictione nos cauere conuenit. Quem locum interpres enarrans, arguit papam, etiam ſi uelit, non poſſe diſpenſare in ſecūdo gradu in conſanguinitate, et affinitate primi generis: quoniam a naturali iure initium habuerit, et in ueteri teſtamēto fuerit expreſſe prohibitus.

Innocētius papa. De præſ. c. Quū in iuuētute.

Iam diuus quoqꝫ Innocētius tertius, quum rex Hungarię epiſcopum Quincleſienſem ſtupri cū nepte ſua apud illum detuliſſet: noluit aures ſuas eiuſmodi delationi inclinare. Quis enim, inquit, de facile crederet, ꝙ Quincleſienſis Epiſcopus ad eam paſſionis ignominiam ſe conuerteret, ut cum propria nepte abhominabilem perpetraret inceſtum: quū etiam ſecūdū ſentētias ethnicorū naturale fœdus ꝑmittat nihil ſeui criminis inter tales perſonas ſuſpicari? Idem quoqꝫ ſacras Imperatorū ſanctiones in hoc ſecutus, et ꝓpter

c. de epis et cle. L. cum qui.

eandem

eandem caussam sanciuit: ut presbiteri matres, filias, et germanas intra domorum suarum septa cōtineant. Ad hæc consultus olim a Bituricen̄. Archiadicono, utrum uidelicet ea uxor, quæ propter aliquem consanguinitatis gradum, in quo sedes apostolica dispensare non potest, nec etiam consueuit, a uiro suo, non expectato ecclesiæ iudicio, discesserit, illi restituenda foret: idem quoq; in hunc modum respondet. Quoniā mulier inquit, quæ consanguinitatis habet notitiam, præsertim in gradibus, quos lex diuina prohibet, non possit huiusmodi uiro sine mortali peccato carnalitet cōmisceri (omne enim quod nō est ex fide peccatū est, et quidquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam) frustra in tali casu adiudicaretur restitutio spoliato: quum illa contra deum, non debeat in hoc iudici obedire, sed potius excōmunicationem humiliter sustinere. Nam si restitutio fieret, perplexa admodum difficultas oriretur: quum propter iudicis sententiam oporteret eam reddere debitum, et propter suam ipsius conscientiam reddere non deberet. Sicq; contingeret eos grauiter impediri, et utriq; laqueus pararetur: quum inter se carnaliter cōiungi non possent, nec alter alteri matrimonialiter copulari. Propterea, inquit, melius uidetur, quoties opponitur cōsanguinitas in gradibus diuina lege prohibitis, ut quoad cetera quidem restitutio adiudicetur: quoad thorum autē et carnalem cōmixtionē, restitutio prorsus differatur. Quū utriq; sit melius taliter expediri, q̄ manere taliter impeditos. Hanc autem sententiam suā uarie ibidem cō=

De coha. bi. cle. et. A nobis. De. resti. spo. cap. Literas.

Nota

Nota

 firmat

Lucius papa. Clemens papa.

firmat Innocētius, partim quidē oraculis Lucij, et Clementis ſummorū pontificum (quorū alter in prędicto caſu reſtitutionē fieri debere prorſus negat, et prius omnino de exceptione cognoſcendū eſſe, q̄ ad reſtitutionis articulū procedatur: Alter uero, licet beneficium reſtitutionis indulgeat, eo tamen obtento, cenſet nō licere ei, qui cōſanguinitatis notitiam habet, cōtra conſcientiam ſuam debitū cōiugale ſoluere, ſed nec exigere poſſe, quoniam inquit, ſi ſecus egerit, ędificat ad gehēnam, ſicut nec cōſanguinitatis cōſcius ſuper cuius cōiugio quęſtio nō mouetur) partim uero uulgata illa opinione, et cenſura canonicarū ſanctionū, quibus haud dubie definitū eſt, ut in gradibus conſanguinitatis diuina lege prohibitis, reſtitutioni aditus omnino pręcludatur, cum in illis diſpenſari nō poſſit: cōſtitutione uero interdictis humana, reſtitutio locū habeat cū effectu, quoniā in iſtis ualeat diſpenſari, nec peccare eū, qui in hoc articulo ad mandatū eccleſię reddit debitū coniugale. Et ſunt quidem alia multa in hanc ſententiam ab eodem ſanctiſſimo uiro alias cōſcripta: ſed in immēſum ſurgeret uolumen, ſi ſingula huc adſcriberemus, et iſta nō obſcure inſinuant candide lector, quid beatiſſimi iſti Pōtifices de Leuiticis iſtis matrimoniorum prohibitionibus cenſuerint. Nempe ita neceſſariā iuris diuini, et naturalis obligationē habere, ut et apud infideles, pariter et chriſtianos neceſſario obtinere debere putauerint. Huc item accedit ſacrorū conciliorū autoritas. Nam Toletano quidem cōcilio ſic ſtatuitur. Sancimus, ne quis fideliū propinquā ſanguinis ſui in

NOTA

Concil. Toleta. 2. cap. 5.

matrimonio

matrimonio ſibi deſideret copulari, quoniā ſcriptū eſt: Omnis homo non accedet and proximam ſanguinis ſui, ut reuelet turpitudinem eius. Et iterum: Omnis anima, quę fecerit quidpiam ex iſtis, peribit de medio populi ſui. In Agathenſi uero ad hunc modū cauetur. Inceſtis nuptijs nihil prorſus uenię reſeruamus, niſi cū adulteriū ſeparatione ſanauerint. Inceſtos uero nullo cōiugij nomine deputandos, quos etiam deſignare funeſtū eſt, hos cenſemus eſſe: qui relictam fratris, quę pene prius ſoror extiterat, carnali cōiunctione polluerit, qui germanā ſuam uxorem acceperit, qui nouercā duxerit. &c. Quos omnes et olim, et ſub hac conſtitutione, inceſtos eſſe nō dubitamus, et inter cathecuminos uſq; ad ſatisfactionē manere et orare pręcipimus.

Concil. Agathen. ca. 61.

Porro in Neoceſarienſi cōcilio, et in ſynodo Gregorij minoris, ſecundū uerba dei, decretū eſt, ut mulier, quę ſe matrimonio duobus fratribus iunxiſſet, repelleretur a cōmunione, uſq; ad mortē. Vir autē qui uxorem fratris duxiſſet, anathema eſſet. In qua ſynodo omnes reſponderūt: Anathema ſit, quod eſt ęternę mortis dānatio.

Concil. Neoce. 1. ca. 2. Synod. Grego:ij. ca. 5

11. q. 3. ca. Nemo.

Poſtremo uero in magna cōuocatione, primū Londini, mox Oxonię habita, deinde in cōcilio Conſtantienſi ea VVycleſi ſentētia, qua adſeruit iſtas matrimoniorū prohibitiones, quę in Leuitico pręſcribuntur, nō niſi iudicialia Moſi pręcepta fuiſſe, et proinde cauſas diuortij ratione cōſanguinitatis, et affinitatis, infundabiliter humanitus fuiſſe inſtitutas: dānata eſt, uelut impia, hęretica, et expreſſe cōtra ſacrā ſcripturā. His quoq; ſubſcribunt aliorū conciliorū et ſummorū

wyclefi hereſis dānata.

Pontificum reſcripta, cuius generis in decretorũ, et de-
cretalium epiſtolarum uoluminib⁹ abunde multa re-
perias. Sed nos iſta tibi candide lector ſatisfactura
ſperamus. Vides enim hic primum, quaſi publicum
eccleſię cõſenſum, tum uero ſummos ipſos Pontifices,
(quos ſuę iuriſdictionis modũ optime nouiſſe, et am-
pliare, potius quam reſtringere uoluiſſe, credendũ eſt)
eam diuinę authoritatis maieſtatem Leuiticis iſtis ꝓ-
hibitionibus deferre: ut adfirmẽt eos, qui cõtra illarũ
pręſcriptum matrimonia iniuiſſent, nec uere coniuges
eſſe, nec ſine mortali peccato carnaliter cõmiſceri, et
ſine eccleſię iudicio inuicem diſcedere, nec ullo homi-
num iudicio cogi poſſe aut debere, ut cõiugalem uſum
mutuo repoſcant, aut reddant. Cuius cauſſam etiam
hãc dũtaxat eos adferre uides o lector, uidelicet, quo-
niam nulla hominũ authoritas eaten⁹ porrigatur, ut
eas ſua diſpẽſatione relaxare poſſit. Deinde uides, et
agnoſcis (ni fallimur) iſta ſummorum Pontificum, et
Conciliorũ decreta, ſuper matrimonio fratris cum fra-
tria, nihil aliud plane eſſe, q̃ diuinę legis, et Apoſtolicę
traditionis quandam quaſi promulgationem. Nunq̃
enim ſic illud matrimoniũ interdicũt, quaſi ante licu-
erit, ſed quaſi recitãtes nobis ueterẽ legem, et receptã
eccleſię cõſuetudinẽ. Talem autem cõſuetudinem ab
initio naſcẽtis eccleſię, et ante omnes Pontificias cõ-
ſtitutiones obſeruatam fuiſſe: cõſtat ex verbis Tertul-
liani, quę ſupra citauim⁹. Poſtremo intelligas lector,
quod non ſemel ante hac quoq; repulſa ſint uota, et
preces, in his gradibus diſpenſationẽ flagitantiũ, per
Romanos

Romanos Pontifices respõdentes, haud quaq̃ sibi fas esse, cum diuinis legibus dispensandi, queadmodum infra docebimus. Adeo postquam ad harum legum obseruationẽ, ipse naturę sensus nos instigat, ratio ducit, honestas allicit, inuitãt religio, pietas, officiũ, uirt⁹, suadẽt charitatis cõmoda, postq̃ deus Opt. Max. has leges ipse instituit, et omniũ gẽtium cõsensus approbauit, deniq̧ cum non solũ in Euãgelicis et Apostolicis literis, sed etiã in sacrosanctis ecclesię Cõcilijs, spiritu sancto haud dubie gubernatis, ab eodem digito, qui est spiritus dei, quo in Leuitico dictentur, cõfirmẽtur, et a christianis omnibus necessario obseruãdę ꝑponãtur: non potest sane non esse certissimę fidei et autoritatis ista Academiarum sententia, qua dicunt, quod ducere relictam fratris morientis sine liberis, ita sit de diuino, et naturali iure prohibitum, ꝙ in huiusmodi matrimonijs contractis siue cõtrahendis, Papa dispensare non possit.

Eugeniũ, Piuni, et Innocen.

SATIS itaq̧ uidemur institutum nostrũ ex summorum Pontificum rescriptis, et sacrorum Conciliorum autoritate cõfirmasse. Proximus locus erit fidelissimis sacrarum literarũ interpretibus. Inter quos primus occurrit Origenes. Is enim uicesimum caput Leuitici enarrans, atq̧ hanc sententiam: Seruate omnia pręcepta mea, et iustificationes meas, et iudicia mea, fusius explicans, consequens, inquit, uidetur requirere, quid in his singulis indicetur. Et quidẽ secũdũ quod obseruari oportuit, pręceptũ est prius mandatũ,

Ca.III.

Origenes, siue is sit Cyrillus sup 20.ca. Leuitici.

Verbi

uerbi gratia, in decalogo dicitur: Non occides, nō adulterabis, hoc enim solū præcipitur, et non adscribitur pœna cōmissi. Nunc autē iterantur quidē eadem, sed additis pœnis. Dicitur enim: Homo quicūq; adulterauerit uxorem uiri, et uxorē proximi sui, morte moriatur, is qui adulterat, et quę adulteratur. Et is qui dormierit cū uxore patris sui, turpitudinēq; patris sui detexerit, morte moriātur ambo. Rei enim sunt. De his autē in prioribus iam data erāt pręcepta, sed nō obseruantem, quę maneret pœna, nō fuerat adscriptū. Nūc ergo eadem repetuntur, et uniuscuiusq; pœna peccati decernitur. Et ideo recte hęc iustificationes et iudicia appellantur, quibus quod iustum est, recipere iudicatur ille, qui peccat. Sed intuere ordinē diuinę sapientię, nō cōtinuo pœnas cum primis statuit pręceptis. Vult enim, ut nō metu pœnę, sed amore pietatis, patris pręcepta custodias. Sed si cōtempseris, non tam homini iam, q̄ cōtemptori pœna mandatur. Primo ergo benignitate prouocaris ut filius. Ego enim dixi, dij estis, et filij excelsi omnes. Quod si ut filius esse obediens nō uis, cōtemptor plecteris, ut seruus. Post hęc dicit: Et si quis dormierit cū nuru sua, morte moriatur. Ambo impietatē fecerūt, et rei sunt. Et has leges, atq; hęc pręcepta absq; pœnis superius dederat. Dixerat enim: turpitudinē nurus tuę nō reuelabis, et omnia quę subsequuntur. Et hunc locū simili modo ibi absq; supplitijs, hic uero cum diuersis suppliciorū generibus adscripsit. Et in fine de eisdem prohibitionibus loquēs, hunc addit colophonem. Bonū ergo est, inquit, obser-

Huius ordinis rationem et Lyra cōprobat.

uare,

uare, ne quando aut carnalem patrē, aut cęlestem mi-nus digna honorificentia ueneremur, similiter obserua-re et matrem, et etiam omne mandatū, quod nobis pu-dicitiam, castitatemq; cōmendat: ut neq; in pręsenti ui-ta obnoxij simus morti secundū spiritalem legem, neq; futura nos pœna maneat ignis ęterni. Cum hoc cōspi-rat et Chrysostomus, cōtendens fictā prorsus illam fa-bulā fuisse de septēuira illa Sadducęorū. Tales quippe inquit, sunt Iudęi: quos uidemus quasi omine a ducen-dis fratrū uxoribus deterreri, et quāuis lex ad id coge-ret, sæpe tamen hoc neglexisse. Vnde Ruth quoq; illa Moabitis, ad longiorē illius cognationis fuit deuoluta, et Thamar a socero sperma furari coacta est. Ab his non dissentit Basilius ille magnus, qui ad Diodorum Tarsi episcopū, in hanc sententiam scripsit. Venerunt in manus nostras scripta quędā, sub Diodori nomine emissa. Quę uero in illis cōtinebantur, quemuis alium, potius q̄ Diodorū referebant. Sed uidetur mihi artifex aliquis personā tuam ideo induisse, ut sic saltē ad fidem apud auditores conciliandam, nominis tui autoritate abuteretur. Quippe qui interrogatus, num fas esset, mortuę uxoris sororē ducere in matrimoniū: adeo quę-stionē nō abhorruit, ut etiam ęquo animo tulerit au-dire, et nimis immodestā, lasciuā, petulantem, et turpē cupiditatē studuit promouere. Quod si scripta illa a-pud me haberem, tibi utiq; nūc mitterem: ut et tibi, et ueritati posses suffragari. Cęterū quoniā is, qui attu-lerat, statim etiam secū eadem abstulit, et postea circū-tulit, quasi trophęum de nobis (qui id genus nuptiarū

Chrysostomus Ho. 71. sup. 22. Matt.

Basilius magnus in epist. ad Diodorum.

antea prohibuissemus) erexisset, habere se iactitans licentiam hanc scripto testatā: statui ad te id scribendū esse, ut duplici manu fictū illum, et adulterinū sermonem conuellere aggrediamur, nihil uirium relinquentes, ne in quorū manus inciderit, possit nocere. Primū quidem, quod in huiusmodi apud nos maximum momentū obtinere debet, consuetudinem obijcere possumus: et eam quidem merito uim legis obtinentē, ꝙ a sanctis uiris ad nos sit deducta. Cōsuetudo autem eiusmodi est, ut si quis impudico aliquo atꝙ impuro adfectu uictus, in tam illicitā coniunctionem inciderit, ut duabus se sororibus matrimonio copularit: neq; nuptias cōtraxisse uideri hunc, neq; antea in ecclesię cōmunionem admitti debere, q̃ a copulatam illicita se inuicē separauerint. Adeo quidem, ut si nūc nihil preterea in hac causa haberemus, ad tantū malum arcendum, solius consuetudinis sufficiat autoritas. Cęterū quando quidē quisquis hanc scripsit epistolā, hoc demū conatus est, ut argumentorū fucis, atꝙ fallaci ratione tantā pestem in mores hominū inueheret: necessarium item et nobis fuerit, a rationū auxilijs nō omnino abstinere. Tametsi in rebus apertissimis, ac notissimis plus pōderis apud unūquenꝙ habere debet antecepta opinio, et quod sanctorū uirorū opinionibus, inducta cōsuetudine, pręsumtū apparet: q̃ quod ratio excogitata posset

Leuit. 18. persuadere. Scribitur, inquiūt, in Leuitico: Sororē uxoris tuę adhuc uiuentis in amōris emulationem nō accipies, ut reueles turpitudinem illius super illā. Ex quo manifestū est, aiunt, ꝙ permittitur accipere sororē ux-

oris

oris, uxore mortua. Ad quod illud primū dico: Quid= Roma.
quid lex dicat, his qui in lege ſunt, loquitur. Sic enim et
circūciſioni, et ſabbato, et ciborū abſtinentię ſubdere=
mur. Neq; uero ſi quidpiā noſtris uoluptatib⁹ cōſonū
inuenerimus, nos ipſos iugo ſeruitutis legis ſubijciem⁹:
et cū aliquid inter legitima graue et durū apparuerit, ad
libertatē in Chriſto procurremus. Si uero queratur, an
in lege ſcribatur, ut ſororē uxoris ſuperducamus: dico
utiq; (quod et manifeſtū eſt nobis et uerū) nihil ſcribi
huiuſmodi. Nā quod in litera tacitū, illatione cōſequē=
tiū per ratiocinationē infertur: ad legiſlatoris pronūci=
ationē pertinet, non illius, qui quod ſcriptū eſt, referre
rogatur. Alioqui uero ſi quis tā impie audax reperiatur,
ut uiuēte uxore, illius ſororē adfectet in cōiugem: non
deerit etiam huic, quo id licere doceat eodem cōmento.
Nimirū ſane cum habeat ſcriptura: Non accipies in e=
mulationem amoris uiuentis uxoris ſororem, conſequi=
tur, illam ſublata amoris emulatione ducere, nō uideri
interdictū. Is enim qui cupiditati fauebit ſuę, cadere in=
ter ſorores emulationem nō poſſe contēdet. Sicq; ſub=
lata, et ceſſante cauſa, quamobrem duarū ſororum uni
uiro copulatio ſit illicita: quid amplius impedit, quo mi=
nus duas ſimul ſorores liceat habere, ſi illam argumē=
tādi formā admittimus? At nō ſcripta ſunt, inquies, i=
ſta, quę nūc dicimus. Fatemur. Sed neq; illud, quod ab
aduerſo illatū eſt, ſcriptura diffinitur. Cōmentum autē
conſequentię in utroq; par eſt, et eandem utrobiq; fa=
cultatem et impunitatem pręſtat. Sed oportuit pręcep=
ta priora reputantem, nō magnopere laborare. Videtur

 enim

enim legiſlator non omnem peccati ſpeciem legib⁹ cõprehendere uoluiſſe: ſed ea ſpecialiter prohibuiſſe, quę propria erant Aegyptiorũ peccata, unde filij Iſrael uenerant, et item Cananeorũ, in quorũ terram tum proficiſcebantur. Sic enim habet contextus literę in illo loco Leuitici. Iuxta cõſuetudinem terrę Aegypti, in qua habitaſtis, nõ facietis, et iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus ſum uos, nõ agetis, nec in legitimis eorũ ambulabitis. Adeo quidem, ut uerilimile ſit, apud eas gentes, nullum adhuc huiuſmodi piaculum cõmiſſum fuiſſe: et idcirco ad illam delicti ſpeciem arcendam, nihil opus uidebatur legiſlatore, ſed ad tanti ſceleris deteſtationem indoctã conſuetudinẽ ſufficere debere. Quomodo igitur quod maius eſt prohibens, tacet, quod eſt minus? Videlicet quoniam exiſtimauit fore multos, qui uoluptati dediti, uxorũ (etiam dum ipſę uiuerẽt) ſororibus, pernicioſo Patriarchę exemplo, ſe cõmiſcerent. Nos autem quid faciemus? An quæ ſcripta ſunt agnoſcere, aut ſilentio inuoluta curioſius cõſectari ſtudebimus? Lege hac cautum nõ eſt, ne eodem ſcorto pater et filius utantur: apud Prophetam tamẽ maxima reprehenſione digni iudicantur, dicẽtem: En pater et filius ad eandem mulierculam ingrediũtur. Deniq; q̃ multas ac uarias peccatorũ ſpecies callida dęmoniorum diſciplina adinuenit: quas diuina ſcriptura tacito ſilentio prętermittit? Eo uidelicet conſilio, ꝙ uenerandam ſui maieſtatem turpium appellationibus contaminari non ſuſtinet: ſed generalibus nominibus immunditias omnes complectitur.

Leuit. 18.

Quem=

Quemadmodū et Paulus Apoſtolus uno immunditię nomine, omnes uirorum ſimul et mulierum nefandas impuritates comprehendens: Scortatio, inquit, et immunditia omnis, ne nominetur in uobis, quēadmodū decet ſanctos. Adeo certe uerum eſt, ſilentiū ſcripturę patrocinio nobis eſſe non poſſe: ut turpibus uoluptatibus indulgeamus. Quamq̄ in hac parte nō omnino tacuiſſe legiſlatorē: quin imo accuratiſſime, et maxima cum uehemētia iſtud ꝓhibuiſſe cenſemus. Nam cum dicat: Nō accedes ad omnem domeſticam carnis tuę, ut reueles turpitudinem illorum: hoc etiam affinitatis genus complectitur. Quid enim homini magis coniunctum, aut propinquius eſſe poteſt: q̄ ſua ipſius uxor, uel potius ſua ipſius caro? Neq; enim amplius duo corpora ſunt, ſed caro una. Quo fit, ut uxoris quidem ſorori, ad uiri illius propinquitatem accedere omnino non liceat. Quemadmodū enim a nouerca, ęque atq; a matre abſtinemus, et uxoris filiā ad exemplū filię proprię ducere nō licet: ita quoniam proprias nobis ſorores matrimonio nō copulamus, nec uxorū debemus ſorores accipere. Quę propinquitatis ratio etiā uiceuerſa in fœminis obtinet, ut nec illis ad uirorū ꝓpinquos accedere ſit permiſſum: quū propinquitatis iura utriſq; pari iure cōmunia eſſe conſtet. Ego autē apud omnes, qui de nuptijs aliquid cogitant, proteſtor: ꝙ pręterijt figura mundi huius, et tempus contractū, et abbreuiatum eſt, ut qui habent uxores, ſint quaſi nō habētes. Quod ſi quis mihi ex aduerſo opponat illud: Creſcite et multiplicamini, iam deridebo hominis ineptiam, le-

Ephes. 5. et Col.

Marci. 10

1. Cor. 7.

Geneſ. 1.

gum tempora, et occaſiones non dijudicâtis. Ad uitâ-
dam enim ſcortationem, et impotentis naturę ſolamen
nuptię ſecundę permittuntur: non autē ut ſint uiaticũ
1.Cor.7. (ut ita dicam) ad intemperantiam. Si nequeant conti-
nere, inquit, nubant: non nubentes autem legem non
tranſgrediuntur. Cęterũ hoc genus hominũ excœcato
ignominię adfectu, animi iudicio, ad naturã nihil reſpi-
ciunt: quę iam pridem cognationes, certis appellatio-
num nominibus, unde natus quis eſſet ſignificâtibus,
diſtinxit. Quo enim inter ſe appellabũtur nomine, qui
ex eo cõcubitu nati fuerint, fratres ne, an cõſobrini? Cer-
te propter cõmixtionē, et fratres ſibi inuicē, et nepotes
promiſcue appellari poterũt, magna cum generis et no-
minũ confuſione. Itaq; ne feceris o homo, infantibus
tuis ex matertera nouercã. Neq; quam uice matris filios
tuos fouere oportuit, hanc immitibus nouercarũ zelo-
typijs uelis armare. Solarũ enim nouercarũ odiũ etiã
poſt mortem inimicitias perſequitur: et cũ cęteris bel-
lis fœdus mors ſanciat, nouercales inimicitię etiã poſt
mortē regnant. Breuiter ſiquidem lex aliqua ad huiuſ-
modi nuptias excitaret, omnis iam regio deſipere uide-
retur. Quod ſi priuatũ animi ſtudium ex adfectu pro-
uocet, eo maior cautio eſt adhibenda, ut diſcas uas tuũ
poſſidere in ſanctificatione, non in adfectu cupidita-
tis. Plura ſcribere conantem modus epiſtolæ reuocat.
Precor autem, ut uel hæc noſtra admonitio uiribus, et
autoritate adfectus ſuperet, uel ne propius nos acce-
dat hæc peſtis: ſed quibus in locis audacia nata ſit, in
illis et facinus poſſit conſeneſcere. Ab horũ parte ſtat
et

et Isichius, Gregorij Nazianzeni auditor, uir in scripturis diuinis eruditissimus. Is enim hūc Leuitici locum enarrans hęc uerba habet. Est inquit, totius huius sanctionis intentio, ut ab omni iniquitate abstineamus, et quæ uirtutis sunt, agamus. Præsens enim legislatoris intentio est, a libidinibus, et nefarijs coniunctionibus, et fornicatione tam sensibili q̄ intelligibili nos cohibere. Præcipiens ergo ea quæ dicta sunt: Ego dominus, inquit, deus uester. Quod igitur dixit, ut nos uidelicet discentes, eum qui hæc mandauit, creatorem, et dominum deum nostrum fuisse: summo studio ea, quę præcepta sunt ab eo, custodiamus. Neq; enim eadem iterando in uno legis loco bis præcepit iudicia sua fieri, et præcepta sua custodiri, uel bis dixit: Ego dominus deus uester. Sed igitur facit hoc Moses, immo spiritus, qui in eo loquebatur: ut non despicerentur, aut negligerentur ea, quæ sanciuntur, dicentibus quibusdam, quia Moseos sunt. Non sunt autem eius hęc, quę præcipiuntur, sed dei. Deinde quia studium summopere adhibitum sit, ut et litera eorum conseruaretur, et spiritalis intellectus, utq; magna, ac recta lex exteriorē, interioremq; componeret hominē: quem oportet et exteriorē huius legis faciem, et interiorē eius contemplationē custodire. Ea igitur, quę foris est legis facies, proximos sanguine nuptiali coitu misceri prohibet: quia et hoc tenebat apud gentes, quarū terram in hæreditatē deus accepit. Quod mandatū ut ostenderet esse necessarium, non solū ipsas cognationes dinumerat: sed etiā in enumeratione causā cuiuslibet sanctionis manfestat.

Isichi[us] sup. 18 20. Leu[it.]

Et

Et horum coniunctionem, reuelationem turpitudinis appellat: significans ꝙ omnis huiusmodi actiones faciens, erubesci, et auerti, siue odio haberi debeat. Quisquis enim turpitudinem uel carnaliũ, uel spiritualiũ cognatorũ reuelat: totius legis inuenitur esse trãsgressor. Quia alienũ est a charitate, quod agit: quę est legis plenitudo. Non paruo autẽ modo pollui in prędictis peccatis indignatio, et pœna, quę in eis definita est, demõstrat. In nullo enim eorũ oportet pollui. Nam qui in uno pollutus fuerit, in omnibus polluitur. Hinc lex uolens ostẽdere prędicta omnia adinuicem esse cõiuncta: in unũ omnia colligit, et in tantũ grauia esse cõuincit, ut gentes intregras perderent, et terrã polluerent, pollutamq; respui facerent, et eos, qui in ea talia cõmiserũt, euomeret, atq; renueret. Non quia poterat expellere a se, uel euomere: sed quia ingemiscit naturaliter in talibus transgressionibus, deus autẽ tam gemitũ eius uindicat, q̃ legem suam, et creaturã propriam. Reiterat autem, et stabilit legem, et cõminationẽ cõfirmat, et rursum pœnã mãdat: uolens uidelicet nos terrere, et erigere ad uitanda ea, quę uetuit, ut nõ ei, quam cõminatus est, pœnę subijciamur. Pœna autẽ est animę perditio: quam hic peccati pręuenit mors, cõplet uero in futurũ gehenna. Propter quod tam incolam, q̃ proselytũ recedere ab abhominationibus istis, et nullatenus hęc facere pręcipit, quę colebant antiquiores, qui terrã nostrã polluerunt. Et iam tertio de eisdem pręcipit, ut ostendat, quia nõ hominis cuiuslibet, sed ipsius dei sunt mãdata. Postremo uide, inquit, quibus uerbis pręsentem

sanctionẽ

sanctionem confirmat: Ne polluamini in eis, quia ego sum dominus deus uester, omnes uos a pollutione mũdare uolens. Imagine enim eius circũdati sumus, et polluta quidem ea per quamlibet earum, quę uetitę sunt, malarũ, et nefariarũ actionũ, necessario irascitur deus: munda autem conseruata, in tantũ placet, ut etiam inhabitet in nobis. Quicũq; ergo templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Et paulo infra: Est, inquit, reuera incongruum, et iumentorũ uitę proximũ, uxoribus fratrum et cognatorũ uicinorũ uidelicet sanguine cõmisceri. Propter quod et eũ, qui sic miscetur, sine filijs mori pręcipit deus: quia uidelicet filiorũ procreationes legem male utendo confundat. Et paulo post: Non solũ inquit, ad Iudęos hęc dicta sunt, qui ab omnibus gentibus propter circũcisionem, et Mosi legem separatos se esse credunt: sed et ad omnes, qui seruire deo accedunt. Et hactenus quidem Isichij uerba recensuimus. Horũ autem sententię subscribunt diui Ambrosius, Hieronymus, et Augustinus. Ambrosius enim Paterno cuidam uolenti matrimonio copulare filiũ et neptem ex filia, sed diuersa matre edita: sic respõdit. Super hoc, inquit, meã a sancto uiro Episcopo uestro expectari sententiã, neq; opiner, neq; arbitror. Nam si ita esset, et ipse scribendũ putasset. Non scribendo autem significauit, q; nequaq̃ hinc dubitandũ arbitretur. Quid enim est, quod dubitari queat, quũ lex diuina etiam patrueles fratres prohibeat conuenire in coniugalem copulã? Sed prius sacrę legis scita interrogemus. Pręțendis enim in tuis lit-

1. Cor. 3.

Leuit. 20.

Ambro. li. epist. 8. epist. 66.

Falsum

teris, ꝙ permiſſum hoc diuino iure connubium huiuſ=
modi pignoribus exiſtimetur: eo ꝙ nō ſit prohibitum.
Ego autem et prohibitū aſſero. Quia cū leuiora inter=
mplo falsa dicta ſint de patruelibus fratribus: multo magis hoc,
quod eſt arctioris plenū neceſſitudinis, interdictū ar=
bitror. Qui enim leuiora aſtringit: grauiora non ſoluit,
ſed alligat. Quod ſi ideo permiſſum putas, quia ſpecia=
liter non eſt prohibitū: nec illud prohibitū ſermone le=
gis reperies, ne pater filiam ſuam accipiat uxorē. Nun=
quid ideo licet, quia non eſt prohibitū? Minime. Inter=
dictum eſt enim naturę iure, interdictū eſt lege, quę eſt
in cordibus ſingulorū, interdictum eſt inuiolabili præ=
ſcriptione pietatis, titulo neceſſitudinis. Quāta huiuſ=
modi inuenies nō eſſe interdicta lege per Moſen ędita:
et tamē interdicta ſunt quadā uoce naturę? Qȝ multa
ſunt, quę licet facere: ſed non expedit? Omnia enim li=
1.Cor.6. cent, ſed non omnia expediūt. Omnia licēt, ſed nō ędi=
et.10. ficant. Si ergo etiam ab ijs nos reuocat Apoſtolus, quę
non ædificant: quomodo faciendū putemus, quod et
non licet legis oraculo, et non ędificat diſcrepāte pieta=
tis ordine? Quid enim tam ſolemne, q̄ oſculū inter auū=
culū et neptem: quod iſte quaſi filię debet, hęc quaſi pa=
renti? Hoc igitur inoffenſę pietatis oſculū, ſuſpectū fa=
cies de talibus cogitādo nuptijs, et religioſiſſimū ſacra=
mentū charis pignoribus eripies? Deinde quanta etiā
reliquorum confuſio uocabulorū? Idem auus et ſocer
uocabere, ea quoqȝ tibi neptis et nurus diuerſo nomine
nuncupabitur. Mutuabūtur etiā fratres diuerſa uoca=
bula, ut illa ſocrus fratri ſit, iſte gener ſorori. Nubat a=
uunculo

uunculo ſuo neptis, et immaculatorũ pignorũ charitas illecebroſo amore mutetur? Sed ſi diuina te prętereũt: ſaltẽ Imperatorũ præcepta, a quibus ampliſſimũ acceſpiſti honorẽ, haud quaq̃ pręterire te debuerunt. Nam Theodoſius Imperator etiam patrueles fratres, et conſobrinos uetuit inter ſe còniugij conuenire nomine, et ſeueriſſimã pœnam ſtatuit, ſi quis temerare auſus eſſet fratrum pia pignora, et tamen illi inuicem ſibi ęquales ſunt. Tantũmodo quia propinquitatis neceſſitudine, et fraternę ſocietatis ligantur uinculo: pietati eos uoluit debere, quod nati ſunt. Sed dicis alicui relaxatũ. Verũ hoc legi non pręiudicat. Quod enim in cõmune ſtatuitur: ei tantum proficit, cui relaxatũ uidetur. Illud tamẽ licet in ueteri teſtamento legimus, ut aliquis uxorẽ ſuã ſororem diceret: iſtud inauditũ, ut quiſquã neptẽ ſuã in uxorẽ accipiat, et coniugẽ dicat. Tum illud pulcherrimum, quod negaſti, neptem tuam auunculo ſuo tuo filio propinquo ſemine conuenire: quia non agnationis ei legitimo iure, ſed cognationis copuletur neceſſitudine. Quaſi uero ęt uterini fratres, id eſt diuerſo patre, ſed eadẽ matre geniti, poſſint diuerſo ſexu inter ſe coniugio conuenire: cum et ipſi agnationis ius habere non queant, ſed cognationis tantũ ſibi titulo connexi ſint. Vnde oportet ab ea diſcedas intentione: quę, etiã ſi liceret, tamen tuam familiã non propagaret. Pręterea diuus Hieronymus. Quale eſt, inquit, ut Abraham uir iuſtus patris ſui filiã cõiugẽ ſumpſerit? Quũ in primis hominibus propter auriũ ſanctitatẽ, id ipſum ſcriptura non nominet, mallens intelligi q̃ proferri: et deus

Diu. Hieronymus cõtra Heluidiũ m.

Leuit. 20. postea lege sanciat, ac minetur: Qui acceperit sororem suam, de patre suo, uel de matre sua, et uiderit turpitudinem illius, opprobriũ est, exterminabitur coram filijs generis sui, turpitudinem sororis suę detexit, peccatum suum recipiet. Quasi dicat hanc legem Leuiticam, de non ducenda sorore, sic naturali ratione inniti: ut et illam, etiam anteq̃ promulgaretur, præstare debuerit non solũ ipse Abraham, sed et quotquot eius fidẽ profitentur. Augustinus deniq; magnũ illum fidei nostræ aduersarium, Faustũ confutaturus, qui pro crimine obiecerat, ꝙ Christiani ea ętate, ne audire quidem, nedum admittere sustinerent, legem illam Deuteronomicã, de ducenda relicta fratris mortui sine liberis: ita respõdet. Quędã de libris ueteris testamenti nunc non obseruamus, quia facta sunt in umbra futurorũ. Quę, quanq̃ cõgruenter illi populo atq; illo tempore pręcepta ac permissa fuerint, nobis tamen non sunt corporaliter obseruanda, sed significata eorũ intelligimus, et ea spiritualiter nobis tenenda ex Apostolicis literis docemur. Cum enim tale aliquid legitur in instrumẽto ueteris testamẽti, quale a nobis obseruari uel iussum non est in nouo testamento, uel etiam prohibitũ: quid significet, quęrendũ est, non reprehendẽdũ. Quia eo ipso, quod iam non obseruatur, non damnatũ, sed impletũ probatur. Vnde et hoc ipsum, quod non intelligẽs Faustus, pro crimine obiecit, quoniam nihil aliud q̃ in figura præmonstrat: quia unusquisq; euangelij pręedicator ita debet in Euangelio laborare, ut defuncto fratri, hoc est Christo suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, et quod

Aug. contra Faustũ. li. 32. c. 8. 9. et. 10.

quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat: nos plane illud non iam carnaliter in pręmissa significatione, sed spiritualiter in completa ueritate debemus obseruare. Sic enim et Apostolus eam legē implens, succenset eis, quos in Christo Iesu per Euangeliū se cōmemorat genuisse, et increpans eos uolētes nimirū esse Pauli: Nūquid, inquit, Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptisati estis? Tanq̃ diceret, defuncto fratri uos genui, Christiani uocamini non Paulini. Idem quoq; in quęstionibus super Leuiticū, tum etiam in eo opere, cui titulū fecit Speculum, dicit: q̄ prohibitio illa, de non ducenda uxore fratris, et cętera omnia, quæ in decimo octauo capite Leuitici prohibētur, debeant sine dubio, tempore noui testamenti remota ueterum umbrarū obseruatione, custodiri. Quęcūq; enim, ut alibi inquit, ad pietatē, bonosq; mores pertinēt, sicut ad nullam significationē sunt instituta: ita nulla interpretatione ad ullam significationē sunt referēda, sed prorsus ut dicta sunt, ita Christianis quoq; necessario sunt facienda. Et alibi inquit, quanq̃ olim uiri suas sorores coniuges acceperunt, illud tamen quanto est antiquius compellente necessitate: tanto postea factum est damnabilius prohibente religione. Fieri enim tunc debuit, quando potuit, ut existente copia, inde ducerentur uxores, quę iam non erant sorores: non solū illud non fieret, ubi nulla necessitas esset, uerum etiam si fieret, nephas esset. Quia nescio quomodo inest, inquit, humanę uerecundię quiddā naturale, et laudabile: ut cui propinquitatis causa reuerendū, et uerecundum honorem

1. Cor. 1

Idē August. in q. sup Leuit. q. 64. et i Speculo.

Idē contra duas ep̄las Pelagia. ad Boni. libro. 3. c. 4

Idē li. 15. de Ciuit. ca. 16.

debemus, ab ea quãuis generatricem tamen libidinem contineamus, de qua erubescere uidemus et ipsam pudicitiam coniugalem. Cernis hic igitur candide lector, quemadmodum magni isti Theologi censeant, partim quidem ęternũ tum corporis, tum animi interitũ Christianos manere: si ullam ex Leuiticis istis matrimoniorum prohibitionibus uiolauerint. Partim uero non solũ ipsos Iudęos, q̄q̄ autorem legem haberent, a ducendis tamen fratrum uxoribus semper quasi omine quodam, abhorruisse: uerũ etiam et gentes ipsas a ducendis uxorum post mortem ipsarum sororibus, uelut innaturali quadam impietate perpetuo abstinuisse. Partim uero coniugia contra has prohibitiones contracta, incongrua, abhominabilia, et iumentorum uitę proxima, tũ etiam Christianorum auribus, ac animis non ferenda, et prorsus aliena a charitate, adeoq; totius legis transgressionem esse. Ad hęc tam grauia, et oculis dei odiosa, ut gentes integras perderent, et terram polluerent, pollutamq; cogerent naturaliter ingemiscere, et euomere eos, qui talia cõmiserunt, deo nimirũ terrę gemitum uindicante. Demũ non ad Iudęos solũ hæc pertinere, sed ad omnes Christianos, q accedũt seruire deo, et pollutis deniq; illis una aliqua illarũ nefariarũ actionũ, in omnibus pollui, et deum illis succensere: contra autem mũdis seruatis, spiritũ dei in illis habitare. Quę cũ ita se habeãt, apertissime profecto conuincitur has leges esse diuina plane, et moralia pręcepta, nec secundũ spiritum (quod ipse ait Isichius) magis, q̄ literã obseruanda Christianis: quos spiritus dei inhabitat, et proinde sanctos

ctos in primis esse, nec templum sanctū dei huiusmodi abhominationibus prophanare, sed ab omni turpitudine et immūditia immunes esse decet. Obserua uero et illud candide lector, quemadmodū diuus Ambrosius hinc nequaq̄ dubitandū censet, sed extra omnē controuersiā prohibitū, ne quis sororis suę, licet ex diuersa matre, filiam uxorem capiat, uel propter familiarū propagationem, et cognominū religionem (quas illecebroso amore mutari, aut etiam confundi nephas iudicat) uel ꝙ uoce quadam naturę, ne dum diuina lege interdicta sunt huiusmodi matrimonia, uel ꝙ eadē nō expediant, discrepāte uidelicet pietatis ordine, et religiosissimo illo sacramēto, et inoffenso pietatis osculo (quod auunculus nepti, quasi filię debet, illa autē auūculo, quasi parenti) huiusmodi nuptijs charis pignoribus sublato, uel ꝙ humanis deniq; Cęsarū legibꝰ tales nuptię uetētur. Quāto igitur magis nihil harū nuptiarū, quę in Leuitico prohibentur, faciendum putamus? Quę ut longe arctioris plenę sunt necessitudinis: ita et facti turpitudinem, maliciamq; longe maiorem habent, et familiarum propagationem magis impediunt, et cognominum religionē confundunt magis, et minus admodum licent, aperto dei oraculo per os Mosi promulgato, tum etiam naturali lege prohibente, ad hæc Christianæ pietati, et naturali uerecundię, longe plus officiunt, postremo non Imperatorum modo, uerum etiam sacrosanctæ Ecclesiæ canonibus, haud dubie a spiritu sancto, qui Ecclesiam administrat, et moderatur, dictatis, præscriptisq; interdicuntur.

Iam

Ca.IIII. IAM VT POST istos summæ autoritatis, primiq; nominis ecclesię Christianę doctores, ad aliorū quoq; inferioris quidē, sed probatę, grauisq; tum fidei, tum eruditionis interpretū scripta ueniamus: certe diuus Ancelmus cuidā interroganti, qua ratione prohibitio coniugiorū in consanguinitate, et affinitate tantā uim obtinuerit in ecclesia dei, ut huius excessus nulla omnino posset esse indulgētia, nisi precedente ipsius cōiugij diuortio: sic respondet. Quoniam, inquit, uideo te hic non quęrere autoritatem solo (ut ita dicam) imperio cogentē, sed potius rationem rationabiliter docentē: ut scias in omnibus me uelle obtēperare uoluntati tuę, etsi forte nō possum, conabor tamē et in hoc ex aliqua parte tibi non deesse. Pręcepto hoc, scilicet in consanguinitate non miscenda cōnubia, uel si mixta sunt, dirimēda, canones pleni sunt, et multa sunt decreta patrū. De ratione uero pręcepti, q̄q̄ possem dicere simplicem, et puram esse rationem, eorum obedire autoritati, quibus dictū est: Non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis, et ecclesię sanctę sequi consuetudinē, cuius cōsuetudines uelle cōuellere, genus est hęresis: tamen ex consideratione etiā sanctarum scripturarū sic mecū soleo cogitare. In ueteri illo populo connubia miscere de tribu in tribum non licebat. Quęrenti mihi cur non, occurrunt illę filię Salphaad, super quarum connubijs consulentibus Mosen contribulibus, et per Mosen dominū, mandatur a domino a tribu in tribū non miscenda connubia propter uitandam scilicet hęreditatū diminutionem. Populus enim

Ancelm⁹ in episto. la ad qué dā pium fratrem.

Num.vlt.

NOTA

NOTA

enim ille carnalis cor ſurſum habere neſciebat : ſed ut
reptile terrenũ, terrę toto pectore adherẽs, hæreditatẽ
ſolamq; terrenã cogitabat. Malebat igitur ſingula tribus
cõnubia inter ſe dando, et accipiendo intra ſuas ſe an=
guſtias cohibere: q̃ extra dando cõnubia hęreditatem
quoq; extra diuidere. Talis quippe erat hęreditas eorũ,
taliſq; eſt omnis terrena hęreditas: ut diuiſa minuatur,
et tota ad plures non perueniat. Itaq; (ſicut dominus in Mat. 19.
euãgelio dicit de dando libello repudij) ſecundũ duritiã Marc. 10.
eorum reſponſum eſt eorũ carnalitati. Porro chriſtiana Luce. 16.
pietas non ſic. Quũ enim hęreditas noſtra ſit, de qua di=
citur, charitas deus eſt, ſicut illi lege utũtur ſuę hęredi= 1. Joan. 4.
tati congrua: ſic et nos noſtrę hęreditati legẽ uindicare
debemus. Charitas enim, quo latius diuiſa diffũditur:
tanto uberior diuidenti remanet, et augetur. Statuit i=
gitur Chriſtiana religio, ut (terminis conſanguinitatis
ſecundum ſanctorũ patrum et canonũ decreta, uſq; ad
ſextum gradũ ex omni parte pertingentibus) ad chari=
tatẽ confirmandã ſuus naturalis ſufficiat affectus: quẽ
uiolare etiam apud barbaros nephas ducitur. Vbi ue=
ro ille deficit, ibi demũ ad charitatẽ religandam, ne ſub=
ducat ſe: adnectendũ eſſe uinculum coniugale, ad pro=
longandos ſcilicet terminos hęreditatis noſtrę, quę eſt
ipſa charitas. Iuſtiſſimumq; uidetur, ut ſicut apud illos
ſua mactabatur pœna tranſgreſſor legis poſitę, pro ter=
rena eorũ hęreditate cõſeruanda: ſic apud nos non im=
pune temerator legis poſitę pro cęleſti patria, et diuina
hęreditate noſtra dilatanda. Adhuc aliud. Quemad=
modum extra tribũ connubia dare prohibebantur: ſic

ad proximos ſanguinis accedere eadē lege non permittebātur. Leuiti.18. Dicit enim lex. Omnis homo ad proximā ſanguinis ſui non accedat, additq; autoritatē iubentis, Ego dominus. Et quaſi exigerēt cauſam pręcepti et rationē, addit. Turpitudinem patris, et turpitudinē matris tuę nō reuelabis: quia turpitudo eſt patris, uel matris tuę. Deinde ex conſequenti ordine numerat proximos illos ſanguinis, ad quos non ſit accedendū, nec reuelanda eorū turpitudo, fratres ſcilicet, et ſorores, atq; alios, qui ibi deſcribūtur. Quę cauſa communis poteſt eſſe et nobis, et illis: ſicut cōmune eſt pręceptū et nobis, et illis. Quęramus igitur, quę ſit hęc turpitudo: cuius reuelatio dignū efficit morte legis trāſgreſſorem. Turpe eſt, ubi pars parti non conuenit. In corpore autē humano ante primi hominis pręuaricationem nihil erat turpe, nihil diſſonū: quū harmonia illa boni creatoris manu bene, ac decenter aptata, adhuc permanente, pars parti cōueniret, deoq; anima, animę uero ſuū corpus per omnia ſubditū eſſet. Poſtq̄ uero pręuaricatione mādati anima deo facta eſt inobediens, ſuperiori, deo rebelli, inferius corpus deſtitit eſſe obediens. Statim quippe oculi aperti ſunt trāſgreſſoribus: Genes.3. Et aperti ſunt, inquit, oculi eorū uidelicet ad ſe inuicē concupiſcendū. Qz quum prius nudi eſſent, nec erubeſcerēt: mox uidentes corporis ſui partes uerſas eſſe in pudenda, et tegere illa feſtinantes, perizomata ſibi fecerūt. Quod etiam nūc in pueris, uel infantibus uidere promptū eſt. Qui q̄ diu concupiſcentiam hanc non ſentiunt, pudenda non habent, quia de aliqua ſui corporis parte erubeſcere neſciunt: ubi uero

illius

illius incipiunt esse non expertes, illas intectas ferri nõ ferunt. Soluta ergo in illis primis parentibus pulcherrima illa harmonia, facta est turpitudo non minima, originalis pœna cũ originali peccato ab illis in posteros transitura. Ex hoc ergo in corpore nostro, corpore peccati, membra illa, quę seruierũt huic concupiscentię, pudenda, uel turpitudo, uel ignominia nominãtur, exterioris turpitudinis id est cõcupiscentię conscia, uelamẽ semper et latebras naturaliter exigentia. Hęc autẽ concupiscentię turpitudo tunc reuelatur, quũ ad indiciũ sui mẽbrorũ suorũ sibi exhibet officiũ, et gestit in effectũ: omni illo rationalis animę uigore sic hebetato, confuso, et deiecto, ac turpissimę libidini carnis substrato, ut merito illa hora possit audire: Adam ubi es, id est, qui deo esse similis noluisti, non uideo, quo deuenisti. Et quid turpius hac turpitudine? quid ignominiosius hac ignominia? Quã Apostolus denotans: Fugite, inquit, fornicationem. Omne peccatũ, quod peccauerit homo, extra corpus est: qui uero fornicatur, in corpus suũ peccat, id est, omnia peccata animã quidem ledunt, corpus tamen non deturpant: qui uero fornicatur, non solum deũ offendit, et contaminat animã, sed et ipsam corporis pulchritudinem totam fœdat, et dehonestat. Sicuti enim furi depreheñso ferro, uel igne nota inuritur ęterni obprobrij: sic naturę nostrę, uitio preuaricationis in toto suo corruptę, per eum, in quo tota tunc erat, et extra quẽ non erat, inditũ est hoc in pœnã peccati. Quę turpitudo in omnibus perpetuo uerecundię tegmine esset uelanda: nisi ex pœna primi peccati generationi hu-

Genes. 3.

1. Cor. 6.

manę esset necessaria. Cuius tamen genetationis nullus
Leuiti.18. amor reuelare eam permittit in illis, de quibus lex dicit,
ꝙ proximi sunt sanguinis. Hi enim ipsius naturę iure et
instinctu eam sibi debent charitatis reuerentiā: ut inter
se his contumelijs afficiendi corpora sua nulla possit esse
iusta causa, nec possit superduci aliquod honestū, quod
tegere posset hoc inhonestū. Non ꝙ negē nuptias sanctas,
et cubile immaculatū, quo legitime, et cū timore
dei celebratur pio amore matrimoniū. Quo nubētes, quū
efficiuntur unus spiritus, ex quo facti sunt una caro, et
amore sancto, et desiderio generandę prolis sic contegūt
inhonestatē sui, et absorbent quodāmodo illam humanę
generationis pœnalem turpitudinē: ut secundū apostolum:
Qui nubunt, sint quasi non nubentes. Sicut ergo
iam dictū est, qui extra tribum nubere prohibebantur:
eadem lege ad proximos sanguinis accedere nō permittebantur.
Sed apud illos uix tertium gradū consanguinitatis
transibat lex ista naturalis affectus: apud nos
uero (in quos tempus correctionis deuenit, quibus correxit
orbem dominus in perfectionē, quę non cōmouebitur)
creuit pietas, superabundauit honestas, et ad designandā
euangelij perfectionē, ternarius ille numerus
duplicatus porrexit se in senariū, qui perfectus est numerus,
et suis partibus constat, sicut Euangelij ueritas
per se stat, nec eget aliquo, quo fultiatur. Licet apud antiquos
etiam uiri laude digni honestis aliquibus causis
interuenientibus, de primo et secundo gradu temerare
pręsumpserunt (ut ante legē Abraham, Isaac, et Iacob,
nuper a cęteris gentibus segregati, propter fugiendam
cum

cum gentibus cōmixtionē, proximas ſanguinis ſui dux-
erunt, ſub lege uero Caleb, Othoniel fratri ſuo minori, Ioſue.15.
uicta ciuitate literarū, in premiū uictorię ſuę Axam fi-
liam ſuam dedit uxorē, ſed et Thamar cū opprimeretur
a fratre: Noli, inquit, frater, ſed pete me a rege, et nō ne- 2. Reg.13.
gabit me tibi, qui certe rex, qui fratri ſororem dicebatur
daturus uxorē, erat pater utriuſq; Qz cū ſicut dixi, qui-
buſdā cauſis honeſtis interuenientibus illi pręſumerēt:
chriſtiana tamē pietas nihil uult honeſtū iudicare, quod
faciat contra honeſtatē naturę. Ecce habes, quid mihi
uidetur ſuper hac quęſtione tua: ſi placet, bene, ſi diſ-
plicet, facile ueniam obtinebo apud te. Huius ordinis
atq; ſententie ſunt Hugo Cardinalis, Radulphus Flaui-
acēſis, Rupertus Tuitieñ, Hildebertus Cenomanenſis,
Iuo Carnotēſis epiſcopi, et VValterus quidā de Conſtā-
tia Oxfordię Archidiaconus. Et primi quidē duo inter-
pretantes decimū octauū caput Leuitici, ſic illud cum
ſuperioribus continuant. Multa, inquiūt, hactenus mi-
ſtica illi populo antiquo lex ſeruanda tradidit, in quib9
umbra fidei et morū, non ueritas fuit: hic autem mora-
liter eum inſtruit. Quę enim hic ſequūtur, ſic accipien-
da ſunt, ut dicuntur, quibus imbuitur plebs illa iam al-
teri domino dedita, ut et ipſa, iuxta uirium ſuarū medi-
ocritatem boni aliqui ſtudeat exercere: nec ſit contenta
pondere ſeruitutis, ſacramentis ſubdita, quibus aliena
ſignetur iuſticia, tanq̄ ſi curſor alicuius principis epiſto-
las eius ad longinquas deferat regiones, quibus, quę fa-
cienda ſunt, alios doceat, ipſe tamen nō faciat. Et pau-
lo poſt idem Flauiacenſis. Qzq̄, inquit, huiuſmodi ma-

Hugo car di. et Radul. Flauiaceñ. ſuper.18.ca. Leui.

Nota. merito tamen

 trimonia

trimonia primis temporibus suę sanctitatis modū ha-buerint, quia tamen procedente tēpore continētię uirtus fuerat prouehenda, et maritalis licentia frenis arctioribus restringenda: ad honestatis augmentum tales nuptias lex prohibuit, ꝙ earū abstinentia magis deceret. Post diuinū autem interdictū, quisquis huiusmodi nuptias inire pręsumpserit: pręuaricator factus, crimen incestus incurrit. Iam Rupertus quoqꝫ, Si quęras, inquit, quę sunt immūda animalia, quę deus odit: Iuxta consuetudinem terræ Aegypti, in qua habitastis, non facietis, et iuxta morem regionis Chanaan, in quā ego introducturus sum uos, nō agetis. Ac deinceps: Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat. Nam uere animalia hęc sunt immunda, animalia cadauerosa, quę populus dei comedere, id est in sui consortium admittere non debet. Omnes enim ista facientes, hęc immunda et irrationabilia perpetrantes, turpitudinem matris, uel patris discooperientes, sororis ex patre, siue sororis ex matre ignominiam reuelātes: hęc inquam, faciētes homines, et quomodocūqꝫ cōsanguineam turpitudinem disco operiētes, mulieris menstruatæ fœditatem reuelantes, cum uxore proximi coeuntes, de semine suo dantes Idolo Moloch, et per ignem illi transferentes: hi et cæteri operarij iniquitatis coinquinati et immundi sunt, quibus nihil est mundum. Hæc enim de homine exeunt, et iuxta Euangelicam ueritatem coinquinant hominem. Nam quod intrat in os, non coinquinat hominem. Et in his nullam impendimus moram, quęrendo misteriorum profunditatē

Ruperť Tuitieñ. super. 18. ca. Leuitici.

Matt. 15.

funditatem, quoniam in superficie manifestam habent iustitię rationem, auditoribus, immo factoribus magnam producentia cōscientię requiem. Pręterea Hugo de sancto uictore. Prima, inquit, institutio duas tantum personas, id est, patrem et matrem a contractu matrimonij excepit: postea secunda institutio, quę per legem facta est, excepit quasdam alias personas, siue ad decorem naturę, siuę ad pudicitię augmentum. Exceptis ergo eiusmodi causis, in quibus uel propter horrorem, uel turpitudinem pudicitie consulendum uidetur: in cæteris omnibus hoc sentiendū puto, quod si in aliqua forte per ignorantiam offenditur, q̄diu quidem latet (matrimonio secundum iuditium ecclesię legitime facto) nequaq̄ tollere possit, quin legitimum appelletur. Non mihi ergo quis fratrem et sororem opponat, aut cætera huiusmodi, in quibus ratio ignorantię excusationem non admittit. Non permittuntur in eiusmodi offendere, ꝙ, in eo, quod faciunt, ignorantia debet excusare. Horroris sunt huiusmodi facta, non rationis: in quibus et si ignorantia fuerit, uerecundia tamen, atq; pudicitia confusionem non euadit. Præterea sanctus Hildebertus Episcopus olim Cenomanensis in epistola quadam ad Archiepiscopum Rotomagensem, sic scribit. Sicut sanctitatis uestre pagina denunciat, filia Gualteri de Meduana, Comiti de Moritonio sanguine proxima prædicatur. Prius autem q̄ matrimonij uinculum præfatas personas adstringeret: Gualterus consanguinitatem mihi submurmurans, quid inde sentirem, cautius explorauit. Bonum sibi uideri,

Hugo de sācto vic. li.2. de sacra. p. 11. ca. 4. 7. 11.

Hildebertus epus Cenoma. scripsit hāc epist. Archiepo Rotoma.

Nota fi... dū...

ſibi uideri, ſi bellũ, quo diutius comes in eum deſeuierat: interuenientis cõiugij charitas terminaret. Addidit preterea uos, ueſtrosq; comprouinciales ei ſcripto confirmaſſe; compendio pacis, et quietis tolerandum conſanguinitatis piaculum. Vnde et aſſenſum Cenomanenſis eccleſię futuris nuptijs poſtulauit: ut eius quoq; autoritate coniugio filię ſtabilitatem adquireret, ſi quando ei libellus repudij ſcriberetur. Mihi autem nec extorqueri aſſenſus, nec perſuaderi potuit prudentiã ueſtrã in eorũ ſimplicitatem deſcendiſſe, quos redarguit Apoſtolus dicens: Faciamus mala, ut ueniant bona. Super hoc ergo quod ad me pertinuit, ſollicitus fui; petenti aſſenſum, diſſenſum nunciaui, nullius diſpenſationis intuitu permittens cõſanguineos aut adfines inhibitarũ fœdera contrahere nuptiarum. Huic autem connubio uſq; ad diſſidium reſiſtere, illius erit ſolicitudinis, ad cuius parochiam nupta demigraſſe cognoſcitur. Idem quoq; rogatus olim ab Epiſcopo Sagienſi, et a quodam alio Archidiacono, utrum uidelicet contractis inter duos et celebratis ſponſalibus, ſi alter obierit, poſſit ſuperſtes cum ſorore, uel fratre defuncti inire matrimonium, cũ quo prius iniuerat deſponſationis uinculum: reſpondit. Si fides autoritati defertur: coniugium fit conſenſu uoluntatis, non cõmertio cõmixtionis. Vnde Ambroſius deſponſata, inquit, uiro coniugis nomen accepit. Cum enim inijciatur coniugium: tunc coniugij nomen adſumitur, non quũ uiri admixtione cognoſcitur. Non enim defloratio uirginitatis facit coniugium: ſed pactio coniugalis. Cum enim puella iungitur, coniugium fit: non cum

Ro. 3.

Idem in epiſt. ad Epm Sagieñ. et Henricũ quendam Archidiaconum.

quū uiri admixtione cognoſcitur. Ad hęc Iſodorus, Coniuges, inquit, uerius appellantur a prima deſpōſationis fide, q̄uis apud eos ignoretur concubitus coniugalis. Item Nicolaus Higmaro epiſcopo, Sufficiat, inquit, ſecundū leges ſolus eorū conſenſus, quorū de cōiunctionibus agitur. Qui conſenſus ſi ſolus in nuptijs forte defuerit, cętera omnia etā cū ipſo coitu celebrata fruſtrātur, Ioanne Chryſoſtomo magno doctore teſtāte, qui ait: Matrimoniū non facit coitus, ſed uoluntas. Hinc etiam habetur in libro conſtitutionū: Si quis ſine dotalibus inſtrumentis affectione maritali uxorem duxerit: nō audeat ſine cauſa legibus cognita repudiū ei mittere. Hęc, igitur, inquit Hildebertus, ſi diligenter attendiſſetis: profecto non iniret puella cū uiro coniugium, cuius fratri ſolemnes eam nuptię copulauerant, atq; conſenſus iunxerat, q̄uis ſecreta matrimonij mors inopinata pręſciderit. Inter quos enim tale cōtrahitur matrimoniū, nequaq̄ tolerantur diſpenſatione, ſed iuſtitię cenſura puniuntur. De talibus hæc in Concilio Triburienſi reperies. Quidam deſponſauit uxorē, cum qua coire non potuit, illam frater eius clam corrupit, et grauidam reddidit: decretum eſt, ut quamuis nupta eſſe non potuit legitimo uiro, deſponſatam tamen fratri frater habere non poſſit, ſed mœchus et mœcha fornicationis quidem uindictā ſuſtineant, licita eis uero coniugia non negentur. Vt enim eſſet honeſtū connubium, et thorus immaculatus, diligentiſſime præcacauerunt patres noſtri, ut deſponſata fratri alteri fratri non nuberet, et confœderatus uni ſorori, alterā in ux-

Ex episto
ſcti Juo
nio, 141.

orem non duceret: quia per hanc licentiã (fallente diabolo) possent multa inhonesta, et incestuosa prouenire coniugia, quę cessant, seruata prohibitione legitima.

Sanctus Iuo Car. Epus ad Lesiardũ Suessio. episcopũ epl a. 240.

In eandem sententiã et sanctus Iuo quondam Carnotensis Episcopus Lesiardo Suessionen. episcopo scripsit. Nouit, inquit, dilectio uestra, ꝙ coniugiũ Petri filij Geruasij, et filię Galeranni Britulienſis nunq̃ laudaui: neq; ut fieret, cõsiliũ dedi, uel adsensum. Imo per Drogonem clericũ Galeranno consulenti me dissuasi, ne fieret: quia tale coniugiũ stare non posset, si esset, qui concuteret. Addidi etiam sententiã legis, ꝙ unus maritus duas sorores non posset habere in coniugiũ: sicut nec una mulier cũ duobus fratribus legitimũ posset inire matrimoniũ. Sinegundis quippe soror huius iuuēculę, quam nunc habet prętaxatus Petrus in coniugiũ, uxor fuit eiusdē Petri, non solũ legitime desponsata, sed etiam sacerdotali benedictione coniuncta. Qꝫ si obijcitis, non fuisse coniugiũ, ubi constat, non subsecutum fuisse carnale cõmettiũ: ex autoritate patrũ respondeo, ꝙ coniugiũ ex eo insolubile est, ex quo pactũ coniugale firmatũ est. Vnde non fallaciter (quod ait Augustinus) beato Ioseph ab angelo dicitur: Noli timere accipere Mariam coniugē tuam. Vere enim coniugē uocabat Ioseph, quam carnis cõmixtione non nouerat, nec aliquãdo cogniturus erat. Et post multas adductas ad id patrum autoritates, quę ab Hildeberto supra sunt citatę. Canonica, inquit, sententia dicit, ꝙ mulierem alteri desponsatam, alteri non licet habere in coniugium: nec ecõuerso, si uir uelit aliud inire coniugiũ. Hęc enim

Ex eiusdē epist. 160.

Nota

fœdera

fœdera solui et diuinę leges prohibent et humanę. Idē quoq; ad Odonem Archidiaconū. Ab ipsa, inquit, mūdi origine naturale et inuiolabile manet coniugij sacramentū: ut nec præuaricatio originalis illud abstulerit, nec diluuij sentētia crimina diluēs, immutauerit. Quod ergo diuina sententia sanxit, et immutabile fieri uoluit: non debet humano interdicto disiungi, nisi fuerit absq; contrahentiū consensu factū, aut per se criminosum, id est adulterinū, aut incestuosum. Quod cū euenerit, nō est differēdū, sed separatione sanandū. Licet igitur Rex multa mala dimittere, et multa bona se promittat uelle facere, si cū pace sedis apostolicę, et cōmunione ecclesiasticá mulierem, quam illicite habet, ualeat ad tēpus retinere: ex autoritate tamen diuina hoc charitati tuę rescribo, q; nulla redēptione uel cōmutatione quis peccatum suū poterit abolere, q̄ diu uult in eo permanere, secundū illud Apostoli: Voluntarie peccantibus, nō relinquitur hostia pro peccato. Quod est alijs uerbis dicere, q; nemo in peccato suo perdurare uolens, peccatū suū aliqua eleemosyna poterit, uel oblatione redimere. Vnde et dominus Cain sua offerenti, et tamen homicidium cogitanti, legitur respondisse: Si recte offeras, et non recte diuidas, peccasti, quiesce. Quasi dicat, peccas non recte partiendo, qui tua offers, et de homicidio tractans; te ipsum, qui tuis melior es, mihi aufers. Hinc etiam beatus Papa Gelasius dicit. Non legitur, ex quo est religio Christiana, nec datur exēplū in Ecclesia dei, a quibuslibet Pontificibus, aut ab ipsis apostolis, siue ab ipso domino saluatore, si hoc uel factū est unq̄, uel

Idem i[n] ep[i]sa ad Odonen[m] Archidi[aconum]

Ex eiusdē epist. 148.

Ex eiusdē epist. 41.

Hebr. 10.

Ex eiusdē episto. ad Hen. Angl. Regē.

faciendum esse mandatur. Idem quoq; Henrico Anglorum regi, uolenti filiā suam cuidā Hugoni consanguineo suo matrimonio copulare: sic respondit. Quoniam decens non est, ut tantę nobilitatis sanguis tam publico incestu polluatur, et ad simile incestū perpetrandum ferali exemplo carnalium uoluntas animetur: pro reuerentia et dilectione uera magnitudinem uestrā pręmonitam cupimus, ut dum honeste fieri potest, tales nuptias fieri non permittatis, ne tale coniugiū, quū contra leges pręsumatur, per leges dissolui mereatur. Quod minime decet regiam maiestatem: culpā uidelicet in se admittere, quam in alijs debet legū seueritate punire. Nos certe a legū tramite deuiare non poterimus, si uiderimus parochianū nostrum, maxime in pacto coniugali, aliquid nefarium perpetrare, dicente apostolica sententia: Incestis coniunctionibus nihil ueniæ reseruamus, nisi quum adulterium separatione sanauerint. Cum enim uereamur temporalium regum potentiam, magis nos reuereri oportet æterni regis omnipotentiam: ut sic reddamus, quę sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt dei, deo. Idem quoq; Galfrido cuidā Vindocinēsi comiti cupienti Matildam Blesensem uicecomitissam uxorem ducere, quę prius nupta erat cuidā Roberto, dicti Galfridi consanguineo: sic rescripsit. Mando, inquit, tibi, et per legem Christianā interdico ferales et incestas nuptias: quas nec lege poteris defendere, nec legitimos hęredes de eis suscipere. Idem quoq; Damberto Senonieñ. Archiepiscopo de milite, qui ante legitimas nuptias cum sorore uxoris suę concubuit, et culpam suā publice

Ex eiusdē epist. 122.

Ex eiusdē epist. 216.

lice confessus est: in hęc uerba rescripsit. Hoc paternitati uestrę respondeo, quod uos bene nostis, q̄ si publicam ingessit infamiam, et aduersus honestā personam nec accusare de cętero potest, aut testificari. Verū quia nemo criminosus confessionem facere potest, nisi aut de flagitio, aut de facinore: negare nō possumus, quin cōfessiones, quas pro dei timore, et sua salute, aduersum se faciunt pœnitentes, recipiamus, et quin eis pœnitētias legitimas iniungamus: quas si eis denegaremus, inuisibilium luporū faucibus eos deuorandos obijceremus. Si uero huiusmodi accusatores sui leuiter, et impune transire permittimus: bonū coniugale, quod natura, et lege ab initio sancitū est, periculose uiolandū exponimus. Quia ergo omnis controuersię ecclesiasticę secūdum Apostolū finis est iuramentū: distinctis sacramentis, et per probatas sex personas, siue quę pręsentes flagitium cognouerint, siue quę fidei suę argumēto rei ueritatem adstruere possint, confessio illa comprobanda est. Quia cogunt nos noua genera morborū, noua quęrere experimenta medicamentorū. Cum ergo confessio illa ita fuerit comprobata, iam constabit incestuosum fuisse coniugium. Incestis autē coniunctionibus secundum canones, nihil uenię reseruamus, nisi cum flagitiosum coniugium separatione sanauerint. Ipse autē coniugij uiolator, et accusator omni tempore, uel ad minus usq; ad tempus peractę pœnitentię sine coniugio maneat: mulier autem precium pudicitię suę dotem uidelicet, non amittat. Ita quidem et cōfessioni satisfaciemus, et coniugij bono in futurum utiliter prouidebimus. Hebre. 6.

walterus de Const. Oxfordie Archidi.

Demũ VValterus de Constañ. Oxfordię Archidiaconus ad episcopũ Exonienſem in hęc uerba ſcripſit. Cũ plurima literatura, uſuſq; et experientia negotiorũ prudẽtem, et circunſpectũ uos fecerint, in deciſione cauſarũ: miramur, et mirantur cęteri, qui ſunt in utroq; iure periti, quare inter Robertũ et Iſemenem conſanguineam ſuam, celebrare diuortiũ tanto tempore diſtuliſtis, maxime cum mandatũ domini Papę ſuper hoc habeatis expreſſum, et cum ſacri canones deteſtabile reputent cohabitationem talium ſuſtinere. Teſtes quidẽ legitimi, nulliq; exceptioni obnoxij producti ſunt, qui ſi in cauſa hac uobis fidẽ nõ fecerint ad plenũ, iuxta clauſulã illam literarũ domini Papę, ubi dicitur: Et aliorũ plurium autoritate etiam Fabiani et Cæleſtini, atq; aliorũ ſanctorũ patrũ, qui poſt eos propinquiores, et ſanioris conſilij erãt admittendi, ſunt ut ſit lucerna pedib⁹ ueſtris ad conuertendã iuſtitiã in iudiciũ diligens inquiſitio ueritatis. Quãto enim peccatũ flagitioſius et immani⁹ eſt inceſtus: tãto ſcrupuloſius certitudinẽ cõſanguinitatis inquiri oportet, ut in celebrãdo diuortio ſententia iudicis nõ uacillet. Nihil hic diſſimulãter agere iudici licet: ubi uertitur periculũ animarũ. Porro unũ in hoc negotio eſt, quod pręcipue nos moleſtat. Nã cũ ille Robert⁹ ſit primogenitus primogeniti fratris mei, et ab ipſo ratione patris quaſi a capite ſeries parẽtelę noſtrę tota depẽdeat: ueremur, ne cõiunctionis inceſtę uitiũ trãſfundatur ad poſteros. Cõcipiet enim tota ſucceſſio corruptelã, ſi a capite mẽbra, ſi a fõte riuuli, ſi rami a ſtipite legitime nõ procedãt, ſacra quidẽ ſcriptura teſtante

ſtate: Filij inceſtuoſorũ abhominabiles ſunt deo, Et, ſicut beat⁹ Gregorius aſſerit, ex inceſtuoſo cõcubitu proles legitima non ſuccreſcit. IAM ut ad ſcholaſticos etiã doctores ueniam⁹, ꝗ hãc iſtorũ patrũ de his prohibitionibus Leuiticis ſententiã magno cũ numero et conſenſu tuentur, et cõprobant: Certe diuus Thomas, In uſu inquit, cõſanguineorũ, uel affiniũ inuenitur aliquid incõgruũ cõmixtioni uenereę, triplici ratione. Primo quidem, quia naturaliter homo debet quandã honorificentiã parẽtibus, et per conſequens alijs conſanguineis, qui ex eiſdẽ parentibus de propinquo originẽ trahunt. Adeo ꝙ apud antiquos (ut Valerius Max. refert) non erat fas filiũ ſimul cũ patre balneari: ne ſe inuicem nudos conſpicerent. Manifeſtũ eſt autem, ꝙ in actibus venereis maxime cõſiſtit quędã turpitudo honorificentiæ contraria: unde de his homines uerecundantur. Et ideo incõgruum eſt, ꝙ commixtio uenerea fiat talium perſonarum ad inuicem. Et hęc cauſa uidetur exprimi Leuitici. XVIII. ubi dicitur: Mater tua eſt, non reuelabis turpitudinẽ eius. Et idem poſtea dicitur in alijs. Secunda ratio eſt, quia perſonas ſanguine conſunctas, neceſſe eſt ſimul ad inuicem conuerſari. Vnde ſi tales non arcerentur a commixtione uenerea, nimia oportunitas daretur hominibus venereæ commixtionis: et ſic animi hominum nimis emolleſcerẽt per luxuriam. Et ideo in ueteri lege illæ perſonæ ſpecialiter uidentur prohibitæ, quas neceſſe eſt ſimul cõmorari. Tertia ratio eſt, quia per hęc impediretur multiplicatio amicorũ. Dum enim homo uxorem extraneam accipit, iungũtur

Sanctus Tho. 2.2. q. 154. Arti. 9.

iungũtur sibi quadã amicitia omnes consanguinei uxoris, ac si essent consanguinei sui. Vnde Augustinus dicit: Habita est ratio rectissima charitatis, ut homines, quibus esset utilis atq; honesta concordia, diuersarum necessitudinũ uinculis necterẽtur, nec unus in una multas haberet, sed singulę spargerentur in singulos. Addit autem Aristoteles quartam rationem in secũdo Politicon: Quia cum naturaliter homo consanguineã diligat, si adderetur amor, qui est ex cõmixtione uenerea, fieret nimius ardor amoris, et maximum incentiuũ libidinis, quod castitati repugnat. Hęc ille. Idem quoq; alibi. In matrimonio, inquit, illud contra legem naturæ esse dicitur, per quod matrimonium redditur incompetens respectu finis, ad quem est ordinatũ. Finis autem matrimonij per se primus est bonũ prolis: quod quidẽ per aliquam cõsanguinitatem scilicet inter patrem et filiam, uel filium et matrẽ impeditur, non quidem ut totaliter tollatur (quia filia ex semine patris potest prolem concipere, et simul cũ patre nutrire et instruere, in quibus bonum prolis consistit) sed non ut conuenienti modo fiat. Inordinatũ est enim, ꝙ filia patri per matrimonium adiungatur in sociam causa generandę prolis et educandę, quam oportet per omnia patri esse subiectã, uelut ex eo procedentẽ. Et ideo de lege naturali est, ut pater, et mater a matrimonio repellantur: et magis etiã mater q̃ pater, quia magis reuerentię, quę debetur parentibus, derogatur, si filius matrem, q̃ si filiã pater ducit in uxorem, quum uxor uiro aliqualiter debeat esse subiecta. Sed finis matrimonij secundarius, per se tamen

Nota.

Idẽ in. 4. Sẽn. dist. 40. q. 3. et in. 3. par. Sũ. q. 54. Arti. 3.

men eſt concupiſcentię repreſſio, quę deperiret, ſi quęlibet cōſanguinea poſſet in matrimoniū duci: quia magnus concupiſcētię aditus prębere tur, niſi inter illas perſonas, quas oportet in eadē domo conuerſari, eſſet carnalis copula interdicta. Et ideo lex diuina non ſolū patrem et matrem excluſit a matrimonio: ſed etiam alias coniunctas perſonas, quas oportet ſimul conuerſari, et quę debent inuicem altera alterius pudicitiam cuſtodire. Et hanc cauſam adſignat diuina lex, dicens: Ne reueles turpitudinem talis, uel talis: quia turpitudo eſt. Sed per accidens finis matrimonij eſt cōfœderatio hominū, et amicitię multiplicatio: dum homo ad cōſanguineos uxoris, ſicut ad ſuos ſe habet. Et ideo huic multiplicationi amicitię pręiudiciū fieret, ſi aliquis ſanguine cōiunctā uxorem duceret: quia ex hoc noua amicitia per matrimoniū nulla accreſceret. Et ideo ſecundum leges humanas, et ſtatuta Eccleſię, plures conſanguinitatis gradus ſunt a matrimonio ſeparati. Itē alibi ſcribit hoc pacto. Secundū tempora diuerſa inuenitur cōſanguinitas ſecundū gradus diuerſos matrimoniū impediuiſſe. In principio enim humani generis ſolus pater et mater a matrimonio repellebantur: eo ꝙ tūc erat paucitas hominū, et oportebat propagationi humani generis maximā curam impendere. Vnde non erant remouendę niſi illę perſonę, quę matrimonio incompetentes erant: etiam quantū ad principalem matrimonij finem, qui eſt bonū prolis, nt dictum eſt. Poſtea autem multiplicato humano genere, per legē Moſi plures perſonę exceptę ſunt, quę iam concupiſcentiam reprimere

Idem in 4. ſen. diſt. 40. q. 4.

NOTA

 incipiebant

incipiebant. Vnde (ut dicit Rabbi Moses) omnes illæ personę exceptę sunt a matrimonio: quę in una familia habitare solēt. Nam quū necesse sit, ut ab eisdem prognati parentibus cum mares, tum fœminę promiscue in eadem domo diu uersentur simul, et consuetudinem habeant: magnū plane libidini incētiuum pręstaretur, si nō carnalis copula inter illas personas interdicta foret. Nunc uero quū certo persuasum habeant, nō posse fieri, ut iure inter se coeat matrimoniū: sedatur statim, et cessat fœda illa concupiscentia, nec amplius eorū animos irritat, ut uelint impossibilia. Quo quasi pręexercitamento domandę libidinis suę docti: non dubiū, quin ad alienas quoq; postea moderatius sese habebūt.

Aug. li. 15 de ci. c. 16. Ad humanū enim sensum, inquit Augustinus, uel alliciendum, uel offendendū mos ualet plurimū: qui quū in hac causa immoderationem cōcupiscentiæ coerceat, eum designari, atq; corrumpi nefariū esse, merito iudicatur. Si enim iniquū est auiditate possidēdi transgredi limitem agrorum: quanto est iniquius libidine concumbendi subuertere limitem morū? Idem quoq; alio loco: Affinitas, inquit, pręcedens matrimoniū impedit contrahendum: et dirimit cōtractū eadem ratione, qua et consanguinitas. Et alibi. Infideles, inquit, non baptisati, non sunt adstricti statutis Ecclesię: sed sunt adstricti statutis iuris diuini. Et ideo si contraherent aliqui infideles, in gradibus contra legem diuinā prohibitis, Leui. XVIII. siue uterq;, siue alter ad fidē conuertatur: nō possunt in tali matrimonio cōmanere. Si autem contraxerint in gradibus prohibitis per statutum

Sanctus Tho. in. 3 par. q. 55. Arti. 6.

Idē in. 3. par. q. 59. Arti. 3.

ecclesię

eccleſię, poſſunt cõmanere, ſi uterqꝫ conuertatur, uel ſi uno conuerſo, ſpes ſit de conuerſione alterius. Ad hęc idem explicaturus quę cadant, aut non cadant ſub poteſtate Papę, ſic ſcribit. Papa, inquit, habet plenitudinem poteſtatis in eccleſia: ut ſcilicet quæcũqꝫ ſunt inſtituta per eccleſiam, uel eccleſię pręlatos, ſint diſpenſabilia a Papa. Hęc enim ſunt, quę dicũtur eſſe iuris humani, uel iuris poſitiui: nec obligãt ex materia, in qua proponũtur, ſed ſolũ ex actu pręcipientis. Circa ea uero quę ſunt iuris diuini, uel iuris naturalis, diſpenſare non poteſt: quia iſta habent efficatiam ex inſtitutione diuina, et ſunt de eo, quod eſt de neceſſitate ſalutis, ſecundum ſe. Et ſic in quolibet caſu obſeruari illa oportet: et ad illa omnes tenẽtur abſqꝫ diſpenſatione. Sicut enim in lege publica non poteſt diſpenſare niſi ille, a quo lex autoritatẽ habet, uel is, cui ipſe cõmiſerit: ita in pręceptis iuris diuini, quę ſunt a deo, nullus poteſt diſpẽſare, niſi deus, uel is, cui ſpecialiter cõmiſit. Quia ad legem diuinam quilibet homo ſe habet: ſicut perſona priuata ad legem publicã, cui ſubijcitur. Ius autem diuinum eſt, quod pertinet ad legem nouam, uel ueterem. Sed hęc eſt differentia inter utramqꝫ legem, quia lex uetus determinabat multa, tam in pręceptis cęremonialibus, pertinentibus ad cultũ dei, q̃ in pręceptis iudicialibus, pertinentibus ad iuſtitiã inter homines conſeruandã: ſed lex noua, quę eſt lex libertatis, huiuſmodi determinationes nõ habet, ſed eſt contenta pręceptis moralibus naturalis legis, et articulis fidei, et ſacramẽtis gratię. Vnde dicitur Lex fidei, et Lex gratię propter

Idem in quodli. 4 Arti. 13.

Idẽ in. 4. diſt. 15. q. 3 Arti. 2.

diſpenſ. pap.

Idẽ. 2. 2. q. 97. arti. 4.

Idem in quodli. 4 Arti. 15.

tet determinationem articulorũ fidei, et efficatiam ſacramentorũ. Cętera uero, quę pertinent ad determinationem humanorũ iudiciorũ, uel ad determinationem diuini cultus, libere permiſit Chriſtus (qui eſt nouę legis lator) prelatis eccleſię, et principibus Chriſtiani populi determinãda. Vnde omnes huiuſmodi determinationes pertinent ad ius humanũ, in quo Papa poteſt diſpẽſare. In ſolis uero his, quę ſunt de lege naturę, et in articulis fidei, et ſacramentis nouę legis diſpenſare non poteſt. Hoc enim non eſſet poſſe pro ueritate, ſed contra ueritatẽ. Et paulo poſt dicit. Apoſtolus in doctrina ſua dupliciter aliqua propoſuit, quædam quidẽ ſicut promulgans ius diuinum, ut illud: Si circumcidimini, Chriſtus uobis nihil proderit, et multa alia huiuſmodi, et in hoc Papa non poteſt diſpenſare: quędam uero ſicut propria autoritate ſtatuens. Nam dicit: Cętera, dũ uenero, diſponam. Item mandauit, ut collectę, quę fiũt in ſanctos, per unam ſabbati fiant: quod non pertinet ad ius diuinũ. Et ſimiliter etiam quod dicitur de bigamo non promouendo, non eſt iuris diuini: ſed inſtitutio autoritatis humanę, diuinitus homini conceſſę. Et hactenus Thomę uerba recenſuimus. Pręterea Altiſſiodorenſis, De iure, inquit, naturali quęlibet perſona legitima eſt ad contrahendũ cum qualibet, paucis exceptis, ſicut exceptis patre et filia, matre et filio: quę exceptę erant in primitiua conditione, et exceptis illis, quæ excepta ſunt in Leuitico. Quę pręcepta non iudicialia, ſed moralia: nec diſciplinę, ſed naturę etiam moralia dicimus. Et dicimus, ꝙ omnia moralia naturę, quo ad ſub

ſtantiam

stantiam uirtutum, sunt immobilia. De iure autem po- sitiuo prohibita fuerunt quodā matrimonia usq; ad. 7. consanguinitatis gradum : nunc usq; ad. 4. dumtaxat. Petrus itē de Palude loquēs de Pōtificis autoritate, in relaxandis his prohibitionibus Leuiticis, Papa, inquit, non potest in primo gradu affinitatis, sicut nec consan- guinitatis dispensare, quū sit contra ius naturale et di- uinum : quia uxoribus patrum exhibemus reuerentiā, sicut et nostris parentibus. Item in linea transuersali in primo gradu consanguinitatis et affinitatis prohibetur matrimoniū, iure diuino. Vnde nec Papa dispensare po test : quia etiam quodāmodo est contra naturam. Vnde in his nihil seui criminis fœdus naturale suspicari per- mittit. Vnde etiā ante legem Mosaicā, multiplicato ge- nere humano, ante diluuiū uel post, creduntur abstinu- isse a sororib⁹, et ab uxoribus fratrū, nisi ad suscitādū se- mē fratri premortuo, sicut patet in Thamar et filijs Iu- dę. Nec obstat de uxoribus Abrahę et Isaac, quas uoca runt sorores : quia scilicet fuerunt consanguineę, uel co- gnatę, sicut et Loth, qui fuit filius fratris Abrahę dictus est frater. Nec etiā posset dispensare Papa in uxore fra- tris mortui sine liberis : quia licet olim liceret, tamen dis- pensatiue licebat, quę dispensatio fiebat iure diuino, nō ab homine. Nam iure diuino cōmuniter abstinebatur ab uxore fratris, sicut a sorore : sed in casu illo permitte- batur. Vnde sicut Papa non potest dispensare in plura litate uxorū, q̄uis esset olim licita, quia licita erat ex dei dispensatione, prohibita iure cōmuni : sic nec in propo sito. Item nec in secundo transuersalis superioris, ut cū

Petr⁹ de Palude i 4.dist.41. q.1.art.5.

amita, et matertera: quia lege diuina prohibitum. Ab hoc ne latū quidem culmū discrepant hac in re Antoninus Archiepiscopus Florentinus, et Ioanes de Turre cremata, Cardinalis olim sancti Sixti. Hic enim partim ex autoritate Innocentij, Petri de Palude, et Alexandri de Hales, partim uero ex tribus alijs fundamentis (refutatis prius aduersariorum sententijs) tandem concludit: ꝙ omnes gradus consanguinitatis et affinitatis diuina lege prohibiti, procedāt ex dictamine naturalis rationis, et proinde pręcepta illa tēpore gratię nō esse euacuata, et a Papa esse indispensabilia. Idem quoq; narrat, quēadmodū moderātib⁹ Romanā ecclesiā Eugenio, et Pio summis Pōtificibus, quū Rex olim Francię, et Comes de Arminach eisdem enixe supplicassent, quatenus gratiā illis facerēt: ut huic quidē germanę sorori, illi uero sorori defunctę iam uxoris suę matrimonio iūgi liceret. Quūq; hę causę pręfectis audientię Rotę curię Romanę, inter quos nō infimus erat ipse Ioānes de Turre cremata, et alijs pręterea doctissimis quibusq; uiris, qui tū forte Romę essent, ab eisdē Pōtificibus cōmissę, et delegatę fuissēt, ut illorū eruditione, et iuditio res expēderetur, utrū uidelicet liceret Pōtificibus in his casib⁹ dispensare: tandē post longā, et maturā dubij illius disquisitionē, in hanc sententiā ab omnib⁹ illis doctis et prudentibus uiris cōmuni cōsensu, itū est, ac pronūciatū, et etiā respōsum, Pōtifices eos nō potuisse in his gradibus dispēsare: pꝛopterea ꝙ essent diuino iure prohibiti. Quę quidē sententia sic pręualuit, ut quū postea quidā Episcopus bullā falsificaret, cuius prętextu Comes ille cum

Joan. de Tur. cre. Card. scti Sixti sup ca. Coniūctiōes. 35. q. 2, et 3.

NOTA

eadem

eadē contraxerat: ille et dignitate sua priuaretur, et perpetuo carceri mãciparetur. Qz si, inquit, in his gradib⁹ aliquando fuit dispensatū per aliquē summū pontificē, aut ignarū in literis diuinis, aut excęcatū cupiditate pecuniarū, quę pro talibus exorbitantibus dispensationibus solent offerri, aut ut cōplacerent hominibus: nō sequitur, ꝙ potuit iuste facere. Ecclesia enim iuribus ac legibus regi debet: nō talibus actibus, siue exemplis. Et Antonin⁹ quidē, Prohibitione, inquit, Iuris diuini prohibētur plures personę simul naturali fędere cōmorātes, et sunt duodecim, quę Leuit. 18. numerātur. Et paulo post, in gradu lege naturę, uel diuina prohibito, solus deus dispēsare potest, uel cui inspirarit: Papa autē in his quę sunt iuris positiui. Hos uero imitati sunt Iacobus de Lausania, et Ioã. de Tabia. Hic enim, Quidã, inquit, gradus prohibētur iure naturę, diuino, et humano: quidã iure diuino fūdato in iure naturali secūdario, et humano, qui sunt. 12. quidã iure humano tãtū, scilicet alię personę usqꝫ ad. 4. gradū. Cōclude igitur secūdū Petrū de Palude, quē sequitur dñs Archidiacon⁹ florētinus, ꝙ in primo gradu affinitatis ascendētiū, et descendētiū, sicut cōsanguinitatis Papa dispēsare nō potest: quia est cōtra ius diuinū, fundatū in iure naturali, et sacramēto gratię. Itē in linea trãsuersali in primo gradu cōsãguinitatis et affinitatis prohibetur matrimoniū iure diuino: unde nec Papa dispēsare potest, quia pertinet ad sacramētū fidei. Diuino iure prohibetur, et aliquo modo cōtra ius naturę est, ut quis cōtrahat cū germana, uel uxore germani. Nec etiã lege Mosaica permittebatur, nisi

Antonin⁹ archieps Floreñ in 3. par. sū. Titu. de cogn. na. paragr. 2.

Joan. de Tabia in sum. sua.

ratione

ratione suscitãdq; sobolis: quod dispẽsabatur lege diuina, sicut de duabus sororibus. Item in secundo gradu transuersalis superioris. Sic et Astexanus dicit in gradibus diuina lege prohibitis Leui. XVIII. Papam dispensare non posse: in gradibus tamen humana lege prohitis, posse. Rursus inquit: Si infideles contraxerũt in gradu prohibito a iure naturę, uel diuino: matrimoniũ nullum est, nec fuit inter eos. Omnes enim subsunt diuinę legi, et legi naturę: et ideo postq̃ conuertuntur ad fidẽ, sunt separandi. Si autem contraxerunt in gradu prohibito ab ecclesia tantũ, quum statuta ecclesię non extendant se ad infideles, qui nunq̃ baptisati fuerunt: licitũ fuit matrimonium inter eos contractũ. Et ideo post cõuersionem eorum ad fidem non sunt separandi. Rursus idem ait: Q; si nunc deficeret genus humanũ, sicut tẽpore Noe, non tamen liceret fratribus sorores suas ducere autoritate propria, quia hoc prohibetur lege diuina: sed fieret eis licitum dispensatione diuina. Ad hæc Baconus Romę olim explosus, ꝙ diuersam sententiam aliquandiu tueretur: errorem tandem agnoscens, dixit: Q; Papa in gradibus cõsanguinitatis diuina lege prohibitis, dispensare nõ potest. Deinde subiectione quadam interrogans, Num sequendo legem Leuiticã Iudęorum, ipsi quoq; iudaizemus, Respondet: Lex euangelica ius naturale admittit: sed naturalis ratio abhorret, ꝙ mulier in primo gradu cõsanguinitatis subijciatur uiro. Item VValdenus, VVildefordus, et Cottonus, autores in primis catholici, dum cęteras detestanda VVicleſi hereses strenue, ac magno cũ ecclesię Christianę fructu impugnant

Astexan° in sũ. sua.

Joan. Bacon° Anglus in. 4 Señ. dist. 38.

wydefordus in opere suo aduersus wiclefum Arti. 8.

impugnant: illā quoq;, quæ asseruit Leuiticas istas prohibitiones nō nisi iudicialia præcepta esse, et infūdabiliter hodie humanitus institutū esse, ut cōsanguinitas in linea trāsuersali, atq; adeo affinitas in primo gradu impediat matrimoniū, hereticam et plusq̄ phreneticā cōuincūt, docentq; liquidissimo prohibitiones illas Leuiticas, quæ turpitudinem consanguinei, aut affinis reuelare ibidē uetāt: non solū nō esse Iudaicas obseruātias, quod uoluit VViclefus, sed singulas diuino iure hodie obligare Christianos, et in moralia decalogi præcepta meritissimo referēdas. Nam VValdenus, Leges, inquit, Leuiticæ obligant nos, sicut Iudæos secundū suam substantiam: quia sic sunt quiddā morale, et de præceptis decalogi etiam ad totū gradū, quotum figit ibi pro limite, q̄uis fuerint pure iudicialia, quoad pœnā. Ab initio fidei per succedētes patres lex ista censebatur ligare diuinitus: quomodo autē expirauit in aduētu VViclefi, ne amplius diuina esset, sed humana conditio, hoc edissserāt VViclefistæ. Reus certe naturalis pudoris est, quisquis sanguinis sui carnem pudendā tanq̄ alienam reuelat. Hanc autem VValdeni sententiā Martinus quintus non temere approbauit: sed primū doctissimis uiris diligentissime examinandā tradidit, examinatam uero, et omnium calculis, quibus id negotij cōmissum erat, cōmendatā, sua tandem autoritate confirmauit. Istis subscribunt inter theologos Petrus de Tarantasia, Durandus, Stephan⁹ Brulifer, Richardus de Media uilla, Guido Brianſonis, Gerson, Paulus Ritius, et scholastici pleriq; omnes doctores, qui uno cōsensu asseuerant: q̄ in

Tho. walden. in li. de sacra. tomo. 2. c. 134. de licit. & illi. cōiugijs.

Nā et ei⁹ diploma operi p̄efigitur.

fideles, q̄uis non subsint statutis ecclesię, subiacent ta-
meñ statutis legis naturalis et diuinę. Et proinde ma-
trimonia illorũ, quę in gradu consanguinitatis diuina le
ge prohibito, contraxerunt: non esse matrimonia, et de-
bere separari. Et putant non obstare contrariã consue-
tudinem aliquarũ gentium barbararum: quia, inquiũt,
ardor cõcupiscentię in eis dictamẽ legis naturę obnubi-
lauit. Inter iuris uero canonici interpretes Ioãnes An-

Jo. And. et Jo. de Jmo. sup c. Lr̃as de res. spo.

dre. et Ioãnes de Imola, qui tum ex uerbis ipsius textus,
capituli Literas, tum etiã glossarũ ibidem colligunt: q̄
gradus illi pręscripti in Leuitico, sunt illi gradus, in qui-
bus Innocentius Papa dicit, Papam non posse dispen-
sare. Et contendunt, q̄ proprie ponitur ibi illud uerbũ,
non potest: et q̄ illa expositio, nõ potest, id est nõ uult,
uel non expedit, destruat illũ textũ. Quam opinionẽ

Dñs Ab. ibidem in vers. No ta q̄ i gra et in vers. Oppono videt̃ eni. et vers. Quero / an ecclia / et alibi pluries.

etiã tenet et dñs Abbas, dicẽs, q̄ pręcepta Leuitica sunt
moralia, et negatiua, quę obligãt semper, et ad semper,
hoc est omni tẽpore: et q̄ Papa non est supra hanc legẽ
diuinam, imo tenetur eam usq; ad sanguinem et animã,
et omni conatu defendere. Et idem alio loco. Ego dico,
inquit, q̄ ponderanda sunt uerba legis diuinę: et si pro-
hibetur iste secundus gradus lege diuina, certe non po-
test in eo ecclesia dispensare. Simili modo ponderatis
uerbis legis diuinę, quũ frater fratris sororem accipere
prohibetur lege diuina: sequitur, q̄ super eo ecclesia nõ
potest dispensare. Quod notandũ est in practica, prop
ter istos magnos principes: qui sępe petũt dispensati-

Vide glo. c. Pitatiũ 30.q.3.

ones a Papa. Et idem Glossa, in capitulo Pitatiũ. Hãc
etiam tanq̄ cõmunem Canonistarũ opinionem sequitur
dominus

dominus Mattheus Neru. de sancto Gemin. in tractatu arboris consanguinitatis et affinitatis, in ultima quæstione. Sequuntur uero et dominus Vincentius, et Innocentius, et Ostiensis, et dominus Abbas. Sed hic autoribus citandis modus esto: quum et ad immensam magnitudinē opus cresceret, si omnia omniū et dicta, et nomina, qui pedibus certatim in hāc sententiā decedūt, hic recenseremus. Et ex horū autorū testimonijs, abūde constare tibi poterit candide lector, primū quidem ꝙ in illis personis, quas lex diuina proximas sanguine appellat, nulla possit esse iusta causa, quę illarū turpitudinem inuicē reuelare permittat, nec possit superduci aliquid honestū, quod tegere possit hoc inhonestū. Deinde ꝙ tales omnes turpitudines, nō solū externe, sed etiā interne, iuxta euangelicā ueritatem ita nos inquinent: ut nullam cōscientię requiem simus habituri, et perennis interitus nos certo maneat, nisi huiusmodi cōiugia uitemus. Ad hęc ꝙ matrimonia contra has prohibitiones Leuiticas inita, et contracta, ita plena sint horroris et turpitudinis, ita palā pugnēt cū actib⁹ uirtutū moraliū, nempe honorificentię, cōtinentię, et charitatis, atq; adeo cū ipsis matrimonij finib⁹: ut nulla ignorātia excusari, nulla redēptione, uel cōmutatione permitti, nullius dispēsationis, sed ne pacis quidē inter magnos principes cōciliādę intuitu tolerari: sed iustitię cēsura puniri debeant. Deniq; ꝙ singulę illę prohibitiones eiusmodi matrimoniorū, quę in Leuitico prescribūtur, habeāt in supficie, et sine omni misterio, manifestā iustitię rationē: et ꝙ hereticū oīno sit, putare eas nō nisi iudicialia Mosi

Mattheus Neru de sancto Gemi.

Vincent. Innocē. Ostien. & Abbas in c. Proposuit de cō cess. preb.

prçcepta esse, et hodie antiquata, quod dixit VViclefus, sed debere ea in ecclesia Christianorũ sanctissime obseruari, ueluti præcepta moralia naturæ, et ab homine prorsus indispensabilia. Quin et illud hic tibi aduertẽdum in primis putamus candide Lector, quod ex his etiam quidam sanctissimi et probatissimi uiri censeant, ꝙ ne inter spõsas quidẽ fratrum, et fratres ipsos ullius dispensationis intuitu matrimonia cõstare poterint: et ꝙ eiusmodi omnia prorsus separanda sint, ne uidelicet carnaliũ uoluntas ferali exemplo ad similia animetur.

Lyranus sup. 2. Regnorũ. 3. In qua sententia uidentur esse nõ solũ Lyranus ipse, qui dicit Adoniam contra salutem animę suę, et contra legẽ dei prę̃scriptam in Leuitico peccasse, et proinde meritũ fuisse, ut a Solomone occideretur, ꝙ peteret Abisaac unam ex sponsis patris sui Dauid, quã tamen ipse uirginem et intactam reliquerat: sed etiã insignis ille theologus Hugo de sancto Victore.

Hugo de san. Vic. de sacra. li. 2. ca. 3. et. 4. Is enim, Q͂ q̃, inquit, mulier, cũ qua noscitur non fuisse carnale cõmertiũ ad illud sacramentũ non pertineat, quod Paulus magnum uocat in Christo et ecclesia: uere tamẽ pertinet ad aliud sacramentũ, quod longe maius est, nempe in deo et anima. Quid enim? Si magnũ est quod in carne, an non magnũ imo multo maius quod in spiritu? Caro enim nihil prodest: spiritus est, qui uiuificat. Coniugiũ igitur uerũ est, et uerũ coniugij sacramentum est, etiam si carnale cõmertiũ non fuerit subsecutũ: imo potius tanto uerius et sanctius est, quanto in se nihil habet. unde castitas erubescat, sed unde charitas glorietur. Nam si recte per scripturã deus sponsus dicitur, et anima rationalis

onalis ſponſa uocatur: aliquid profecto inter deũ et a=
nimã eſt, cuius id, quod in coniugio inter maſculũ et fœ
minam conſtat, ſacramentũ et imago eſt. Et forte, ut ex=
preſſius dicatur, ipſa ſocietas, et quę exterius in coniu=
gio pacto fœderis ſeruatur, ſacramentũ eſt: et ipſius ſa=
cramenti res eſt dilectio mutua animorũ, quę adinuicẽ
in ſocietatis et fœderis coniugalis uinculo cuſtoditur.
Et hęc ipſa dilectio ſacramentũ eſt, et ſignũ illius dile=
ctionis, qua deus rationali animę intus per infuſionem
gratię et ſpiritus ſui participationẽ coniungitur. Copu
la igitur carnis, quę ante peccatũ in coniugio officium
fuit, et poſt peccatũ in eodem pro remedio conceſſa eſt,
ſic utrobiq; coniugio adiungitur: ut cum coniugio ipſa
ſit, non coniugiũ ex ipſa. Nam et ante ipſam coniugiũ
uerum eſt, et ſine ipſa ſanctum eſſe poteſt: tunc qui=
dem ſi non adeſſet illa, infructuoſius, nunc autem ſi illa
nõ adfuerit, ſyncerius. Quod enim poſt peccatũ copu=
la carnis in coniugio admittitur: indulgentię magis eſt,
et compaſſionis, ne uitium concupiſcentię, quod in hu=
mana carne poſt peccatũ radicauit, turpius in omnem
exceſſum perflueret, ſi nusq̃ licite excipi potuiſſet. Ve=
rum itaq; et perfectũ coniugiũ eſt ipſa ſocietas, quę fœ=
dere ſponſionis mutuę conſecratur: quando uterq; uo=
luntaria promiſſione debitorẽ ſe facit alteri, ut deinceps
neq; ad alienã altero uiuente ſocietatem tranſeat, neq; ſe
ab illa, quę adinuicem conſtat, ſocietate diſiungat. Ad
cuius quidem ſocietatis conſenſum ſi etiã carnalis com=
mixtionis conſenſus in prima fœderatione cõiungitur:
eiuſdem cõmixtionis debito coniugati poſtmodũ adin=

uicem constringuntur. Quod si forte in fœderatione coniugij utrinq; pari uoto consensus carnis remittitur: pro eodem deinceps coniugati debitores adinuicē non tenentur. Quod enim ab utriusq; pari consensu dimissum et uoto firmatum est, iuste postmodum ab altero exigi non potest: et tamen firmum stat etiam sic coniugij sacramentum, cuius uirtutē copula carnis sicut non efficit, quum adest, ita si defuerit, tollere non potest. Talis itaq; consensus indiuidualem uitæ consuetudinem retinere creditur, qui ad hoc factus est: ut mutua societatis, quæ adinuicem per ipsum initiata est, utroq; uiuente amplius dissidium non patiatur. Vt iam istis autoribus palam fuerit, non solum primū gradum consanguinitatis, et affinitatis: sed etiam primum gradum publicę honestatis, iustitię, diuino iure in Leuitico prohibitum, et ab hominibus indispensabilem esse. Verissimum autem et hoc esse, illud quoq; argumento fuerit: ꝙ Alexander olim summus Pontifex, eius nominis tertius, periurium fieri maluit, q̄ ut sibi autoritatē uindicaret dispensandi cum Henrico quodam Papiensi ciue, qui iuramento sese adstrinxerat daturum se puellam filio suo minori, quę prius cum primogenito suo iam defuncto sponsalia contraxerat. Sic enim Papiensi Episcopo rescripsit. Quoniam, inquit, scriptum est, ꝙ sponsam fratris frater habere non potest: mandamus tibi, quatenus dictum Henricum suum implere propositum non permittas, et ut pœnitentiam agat de illicito iuramento, Ecclesiæ districtione compellas. Hæc igitur quum tantis et tam grauibus autoribus ue

Alex. Papa ca. Ad audictiā de spon.

ra eſſe uiſa ſunt, quanto minus licitum nos illud iudicare conuenit, ut quis ducat relictam fratris ſui ab eodem carnaliter cognitam, et eius turpitudinem reuelet, quæ non ſolum ipſius matrimonij iure, ſed et carnalis coniunctionis ratione eadem caro iam facta eſt cum fratre? Certe nemo non approbare uehementer, et laudare debet hanc Academiarum ſententiam, quibus uiſum eſt, ꝙ ducere relictam fratris mortui ſine liberis, ita ſit prohibitum de iure diuino et naturali, ut ſuper huiuſmodi matrimonijs contractis, uel contrahendis, Papa diſpenſare non poſſit: niſi ſi cui fortaſſe reprobos et inueteratos errores, ac multis ante ſeculis damnatas et conclamatas hæreſes denuo in lucem reuocare ac reſuſcitare animus fuerit.

Cap. V.

IN SVPERIORIBVS IGITVR quid ueteris, ac noui teſtamenti ſacroſancta autoritas, quid totius eccleſiæ Chriſtianæ uſus, atq; conſenſus, quid ipſi ſummi Pontifices, quid ſacrarũ literarũ interpretes, deniq; quid in utroq; iure diuino pariter et humano prudentiſſimorũ uirorum calculus ſuper iſtis Leuiticis de non ducẽda fratris uxore prohibitionibus cenſuerint, fideliter recitauimus. Ea autem q̃q̃ eiuſmodi eſſe haud quaq̃ dubitamus, quę has Academiarum adſertiones, et decretã ab eis ſententiã confirmare, ac ab omni prorſus calũnia uindicare merito debeant: quoniã tamen alię quoq; ꝑmultę rationes ſint, et hę quidẽ maxime uincibiles, quę eandẽ Academiarũ ſententiam illuſtrare, ac etiã uehementer cõprobare uideantur: proximũ eſt, ut

illarum

illarum item presidijs in hac causa utentes, aliquot ex illis, quod et nos facturos antea recepimus, hic subijciamus. Primũ itaq; omnium (quoniam huius instituti nostri omnis questio non tam argumentis, q̃ definitione dissoluitur, ut que ab hominũ errore diuini, naturalis, et moralis iuris genuinam et natiuam proprietatem ignorantium nata et profecta est) opereprecium fuerit, quadam quasi descriptione notare ac finire, quid sit diuina, moralis, et naturalis lex: et eas finitiones, quasi axiomata quedã, et summa disputationis nostre capita statuere, unde cætera argumenta probationesq; ducamus. Non autem hic sectabimur nimiũ scrupulosam et anxiam quidem illam quorundã curã, ac diligentiã qui genuinã harum uocum significationẽ, ac naturã in nimium multa distrahunt, et quasi minutissima frusta discerpunt. Facessant illa sane, que (ut alias quidem acuta uideantur, et elabendi subterfugia spinosis quibusdam ingenijs suppeditent, siquando uidelicet in arctũ cogãtur illorũ copie) hanc certe causam nihil aliud q̃ obscuriorem reddunt, et iudicium remorantur. Legis igitur diuine finitio sic habet. LEX diuina est uerbũ, siue sententia dei iubens honesta, aut prohibens contraria: quam diuino ore, et spiritu creaturæ rationali insitam, aut etiam reuelatã fuisse sacrosancta Ecclesia catholica iam pridem recepit, ac autoritate sua confirmauit. Hic si in lectorem paulo morosiorem, et nimiũ anxium inciderimus: ueremur, ne non impetrare queamus, ut hãc finitionem obtinere patiatur. Damnabit statim uelut adulterinã, nec satis formaliter, aut magistraliter datam

Finitio legis diuine.

arguet

arguet: sed nec satis late patere, aut cõsultorias, aut permissiuas leges hoc ambitu complecti causabitur. Deinde finalem causam deesse clamitabit, nempe consecutionẽ felicitatis ęternę, ut hac uidelicet nota distinguatur diuina lex a iudicialibus, ceremonialibus, et humanis legibus: quas ille diuinas igitur negabit, quoniam non immediata et directa intentione ordinant ad finẽ ultimũ, et supernaturalem, sed ad naturalem duntaxat, qui humanus seu politicus dicitur. Deniq; quasi nouã fortassis, et ex nostro sensu natam calumniabitur, nec similem esse illis in scholis iam diu receptis, Nempe lex diuina, est signum uerũ, notificatiuum creaturę rationali, recte rationis diuinę, uolentis illam ligari ad aliquid agendum, aut non agendũ, et similibus. Hęc fortassis et huiusmodi cõminiscetur, quisquis in hac expendenda plus iusto curiosus esse uelit. Sed nos ab huiusmodi iuditijs ad ęquũ, et doctum lectorem prouocamus: cui non dubitamus, quin facile simus persuasuri nunq̃ nobis studiũ fuisse recepta conuellendi, nec temere, sed exacte satis hac finitione diuinę legis naturã expressisse. Nam quũ leges omnes aut diuinę sunt, aut humanę: humanę autem sunt, quęcunq; ab hominibus et humana uoluntate, traditione, et auctoritate immediate constitutę, honesta iubeant, aut mala prohibeant propter finem aliquem rationi consonũ, ęternũ uel temporalem. Porro quum non omnia dei oracula, quę in scripturis canonicis comprehenduntur, leges aut pręcepta recte appellaueris: sed ea dumtaxat, quę iubent, aut uetant aliquid, et quę necessario nos habẽt obligatos, ut iuxta

Sic enim Gabriel definit in 3. sen. d. 37

Dist. 1. ca. Omnes. dist. 8. ca. Quo iure Gabriel in. 3. sen. dist. 37.

eorū pręscripta faciamus. Postremo quū omnibus persuasissimū et est, et esse debet, solam ecclesiam catholicā illā scientię et potentię clauē habere, qua dei uerba a uerbis hominū ꝓ sua autoritate discernat, ac dijudicet: scimus nihil in hac finitione nostra desideraturū candidū lectorem, quin et pronunciaturū confidimus, receptis illis, quod ad hoc institutū attinet, haud dissimilem, et aliquāto etiam accōmodatiorem. Huc enim nos potissimū spectauimus, ut notatione aliqua sic describeremus legem diuinam: ut non solum pateret, quo discrimine ab humanis omnib⁹ separaretur, sed etiā quatenus complectitur tam naturales, q̄ iudiciales, et ceremoniales, quęcunq; in scripturis canonicis a deo sanctę referuntur, et dictant, seu iubent quidq̄ fieri, aut non fieri, quę nobis pariter diuinę leges habentur. De stricta, et strictissima (ut uocant) ipsius ratione, non parcura fuit, et de industria consultorias, ac permissiuas leges resecuimus: ut quas legum officia, seu uirtutes rectius, q̄ leges, dixeris. Atq; adeo si ad dialecticā etiam normā finitionem hanc nostrā, quis uelit exigere: partibus fortasse omnibus utcunq; absolutā depręhēdet. Sed non est tēpestiuū hic multis dialecticari, et in re satis aperta minime necessarias probationes adferre. Dictū est enim (ut nobis uidetur) abunde, quid sit diuina lex, pariter et quę leges in diuinarū ordinem referri, et quę rursum in humanarū sortem relegari mereantur. Iam diuinarū tres species faciunt Theologi, nempe ut sint morales, quę ęedem naturales dicuntur, uel iudiciales, uel ceremoniales. Harū discrimen sic ijdē colligunt:

Dist. 3. c. Ois lex.

Partitio legū diuinarum in morales, ceremon. et Judici.

ligunt: ut morales quidem appellent, quę de actibus, et officijs uirtutũ moraliũ, Iudiciales, quę de actibus particularibus iuſtitiæ obſeruandæ inter homines, ſiue de iuſtitialibus retributionibus (ut quidã aiunt) Ceremoniales uero, quę de actibus exterioribus diuini cultus, unde et nomen ceremoniarũ fluxiſſe uidetur, pręcipiũt. Nos de ceremonialib⁹ hic nihil dicemus: ut quę ad inſtitutũ noſtrũ non pertineant. Moralium uero et iudicialium differentia quemadmodũ capi oporteat: eſt, ut planius ac rudius doceam⁹. Hinc enim hallucinari et falli homines etiã eruditos ſępe uidimus, dum iuſtitię uocabulũ, quod ad multas ſpecies late patet, ſimplex eſſe putant. Iuſtitia enim alia eſt legitima, ſiue legalis: alia particularis. Legitima autẽ ea dicitur, quę uirtutes omnes complectitur, et tota ipſa eſt uirtus: ut uiceuerſa iniuſtitia nõ uitij pars, ſed tota uitio conſtans. Iuſtitiæ uero particularis duo ſunt genera. Alterũ, quod in diſtributionibus uerſatur, aut honoris, aut pecuniarũ, aũt cęterarũ rerũ, quę diſtribui inter eos poſſunt, qui eiuſdem Ciuitatis conſortes ſunt (in his enim ęquam, et inęquabilem partẽ inuicem ferre poſſumus) Alterũ commertijs emendandis, corrigendis eſt comparatũ. Quũ igitur de hoc iure ambigitur, ad iudicẽ itur: cuius partes ſunt inęqualitatem ad ęqualitatẽ reducere, quũ ſcilicet ab eo, qui plus ęquo per circumſcriptionem tulit, mulcta inflicta, lucrũ aufert. Tunc enim dimẽſa noxa, una pars damnũ, altera lucrũ uocatur: ut lucrum dicatur eius, qui damnũ dedit, damnũ autem eius, qui accepit. Hęc eo dicta ſunt, ut intelligamus theologos (dum di-

Sic enim Gabriel eas deſcr bit in. 3. ſen. d. 27.

Ex Ariſt. 5. Ethico. iterprete Budeo.

 cant

Tho.1.2. q.99.ar.4. cant iudiciales leges, circa particulares actus iustitię inter homines obseruandę uersari) hoc uoluisse, et sensisse, quod iudiciales pręscribūt dumtaxat, ac docent, quibus modis ac pœnis corrigantur, emendentur, et ad iustam ęqualitatem redigantur, quę particularis, de qua diximus, iustitia comprehendit. Actus autē iustitię legitimę, siue in generali, ad moralia pręcepta pertinere. Et plane si quis exactam iudicialium ueteris instrumenti pręceptorū rationem excusserit: reperiet ea sola iudicialia esse, et dici debere, quę sunt statuta pœnarū, uel saltem ea, quę deus super popularibus litibus, et quęstionibus consultus, Mosi olim responderit. Nam quū initium sapientię sit timor domini: debuit sane populus ille tā durę ceruicis timore allici ad uirtutes, et a prioribus uitijs retrahi, ne alioqui homines irrefrenati, deum suis peccatis in tantum irritarent, ut uiui in infernum merito descendissent. Hinc post præcepta moralia data in monte Sina incredibili cū terrore, et horrore audientiū: statim subiuncta sunt et iudicialia, quibus nihil aliud, quam ut doceret, quę uindicta sumi deberet in delinquentes, et transgredientes priora illa pręcepta moralia. Iudicialia enim, ut inquit Thomas, a iudicio dicūtur. Iuditiū autē significat executionē iustitię: quę quidem est secundū applicationem rationis ad aliqua particularia determinarę; quę tamen non nisi ad ordinationem hominū adinuicē in aliqua ciuili politia pertinent, idque considerata illius dumtaxat populi conditione. Nam quū præcepta moralia cōmunia sunt, inquit, necesse est, ut per legem aliquā diuinā, aut humanā determinentur

Thomas ibidem.

Tho.1.4. sen.d.37. q.5.

Tho.1.2. q.99.ar.4

minentur. Et proinde quemadmodũ pręceptũ illud cõmune de cultu diuino determinatur per pręcepta ceremonialia: sic etiam cõmune illud pręceptũ de iustitia legitima obseruãda inter homines, ꝑ pręcepta iuditialia determinatur. Id autẽ fit per iudicem applicantem uniuersalem, et primam illam mensurã, in qua forma iustitię, et uirtutis in generali consistit: ad materiam aliquã particularem, et priuatã hominũ conditionem, neq̃ nõ utilitatem, et bonũ, qui in hac, aut illa politia uersantur. Ex ijs igitur nõ esse obscurũ arbitramur, quę leges iuditiales diuinę merito uocentur. Nimirum quę ab ipso deo in scripturis canonicis, ad ordinationem Iudaici populi adinuicem in his, quę sunt iustitię particularis institutę: nullam per se, et absolute moralem rationem, aut ullam ex solo dictamine rationis efficatiã habent, sed habent populi dumtaxat conditionẽ pro causa, et ex institutione sola uim obtinent, ut quę decretis et sanctionibus magis cõstant q̃ regula, aut ratione cõmunis iustitię. Iam moralis et naturalis legis finitio obscuritatis, et ambiguitatis plurimũ habet: ꝙ ignoretur passim, nec ab ullo, quod legim⁹, diuino interprete exacte satis traditũ, et explicatũ sit, qua tandem methodo per naturalem sillogismũ, quid sit naturę lex, quę sint ipsius formulę et species, pariter et quę sint ea, quę dictet naturalis ratio colligere oporteat. Obscura siquidẽ sunt ista, et altissimis tenebris inuoluta, dum omnis undiq̃ ad uitia consentiens multitudo, sic a natura ipsa iampridem desciuerit: ut in tanta consuetudinum deprauatione, opinionũ uanitate, peruersitate morũ, errorum prauitate

Finitio legũ iudicialium.

prauitate, in tanta deniq; hominū, ingeniorū, affectuūq; humanorū uarietate sacrū illud naturę lumen pene extinguatur, nec usq̄ fere appareat, et humanę rationis sua luce, sua rectitudine, et spiritu cælesti gubernatore destitutę, acumē, rectūq; iuditium prorsus obscuretur. Hic itaq; nobis paululū immorādū est: ut quatenus ingenij nostri captus suppetet, subiectaq; materies patietur, obscuris his lucē demus, et dubitationū nodos utcūq; dissoluam[9]. Est in hominibus prudētia ratioq; cōmunis naturę humanę ingenita, et ab ipso conditore insita, quasi particula quędā diuinitatis, quā lumē naturale, lumē intellectus, lumē uultus dei, imaginē dei, rationalis mentis oculū, sensum boni, mali, recti, iniqui, iusti et iniusti, deniq; rationē naturalē uocāt. Est et regula quędam, siue pręscriptū cōmunis iustitię digito similiter dei inscripta in cordib[9] nostris: quā prima principia practica, regulas exēplares primas, primas ueritates, semina uirtutū, naturę igniculos, inchoatas intelligētias, notiones cōmunes, ꝓlepseis, cōmunē sensum, cōmunē prudētiā, demū ad ōne ius morale principia passim appellāt. Et rationis quidē huius uis est mōstrare, et cōuincere, ꝙ ea necessario faciēda, aut uitāda sint, quæcūq; cōmunis iustitię regula prescribit. Ea autē quoniā essentialē, absolutā, et pręcisam, ut diximus, rationē uirtutis cōplectit: dictat et prescribit ea dūtaxat, quę in moribus hominū simpliciter bona, mala, recta, iniqua, iusta, aut iniusta propter se et cōsecutionē felicitatis ęternę suscipiēda, aut fugiēda sunt. Est enim hęc regula aliud plane nihil, q̄ sectādę nobis honestatis, et auersandę turpitudinis autor

et

et norma quędã. Ita ut quidquid secũdũ hãc regulã fiat, uirtutis necessario habeat rationẽ, secundũ quã dicatur quis simpliciter bonus: quidquid cõtra uitij. Hãc ergo regulã illi cõmuni prudẽtię cõiunctã, naturę legẽ appellamus. Eam si finire uelis: est certe sentẽtia quędã cõmunis, quã deus in cuiusq; animum insculpsit, ad formãdos mores accõmodata. Iã hor;, quę dixim9, cõfirmationẽ nõ est, q; lõgius petamus: quũ nemo mortaliũ uiuat, in quo nõ sit interrogatio, cogitatio, et iudicãs, ac condẽnãs cõsciẽtia. Quę ubicũq; fuerit, necesse est et legẽ aliquã esse, a cuius pręscripto se deflexisse intelligat impius, nec pręstasse, quod illa dictauerat. Hãc autẽ legẽ cũ ipse Paulus tũ oẽs propemodũ theologi ac philosophi cęteri, naturę legẽ uocãt: et dicũt eã esse cõmunẽ quãdã sentẽtiã dãnantem aut probantẽ opera hominũ, quã deus digito suo in cordib9 mortaliũ inscripsit. Adeo nobis sane ius naturale, quod ad genus ipsius attinet, nõ alia plane res uidetũ esse, q̃ cõcreatę istę uel potius innatę, et a deo insitę nobis opiniones, siue regulę primę: q; uero ad differentias ipsius, et specierũ formulas ptinet, proprijssime sane, et appositissime addita illa duo nobis uidẽtur, Nempe quã deus in cuiusq; animũ insculpsit (ut intelligamus uidelicet illas dũtaxat naturales esse, quę digito dei inscriptę, uel potius innatę in cordib9 nostris firma omniũ gentiũ cõsentione, ac nõ hominũ cõstitutione, institutis, legibus, doctrina, opinione, colloquutione, aut deniq; more cõstitutę, confirmatęq; sunt) Et item illud ad formãdos hoim mores accõmodata. Neq; enim oẽs ex ęquo informatas, quas dixim9, notiones, naturę leges recte dixeris.

Finitio legis naturę, quã S. Tho. probat in. 4. sen. d. 37. q. 5. et in principio opusc. de 10. pcept.

Roma. 2.

Sed

Sed quemadmodũ in intellectu speculatiuo naturaliter scripta sunt cõmunia quędam principia, et eadem uerissima ex se nota, et indemõstrabilia, e quorũ ueritate, cognitioneq; pendeat cęterorum omniũ, quę in ullis theoricis disciplinis tractantur, ueritas, cognitio, et scientia: sic plane deus Opt. Max. quũ hominem rectum, sine peccato, ad imaginem et similitudinem suam condidisset, adfuit ei statim per spiritũ suum, qui hominem ad recta inflammaret, insculpsitq; protinus in animũ, siue (ut uocant) intellectum practicũ ipsius, uirtutum, et agendorum omnium prolepseis, pręsumptiones, siue pręnotiones, ut essent quasi quædam principia, et conclusiones primę, atq; adeo quasi certissimę quędam regulę de omnibus humanis moribus, et functionibus recte iudicãdi. Et has quidem nos cõmunis iustitię regulas, seu pręscripta naturę leges appellam9. Porro quidquid in scriptura canonica iusserit, aut pręceperit deus, quod ab his regulis quasi dictatũ, et pręscriptũ sit, aut quod ex illis in consequentia formali, et simpliciter necessaria, aut alioqui euidenti, uelut cõclusio quędam consequitur, aut cum eisdem consonat: Theologi legem moralẽ uocant, quam et sic definiunt. Lex, inquiunt, moralis diuina est sententia dei, iubens ea honesta, aut prohibens ea turpia, quę naturalis hominũ ratio, lumine uerbi dei illustrata, iuxta cõmunis iustitię, siue uirtutis regulam, ac pręscriptum, dictat facienda, aut fugienda, et ex ipsius dictamine efficatiam habẽt, etiamsi nulla unq̃ alia lege statuerentur. His cognitis, facile patebit moraliũ, et iudicialium discrimen. Nam ille quidem natura nobis insitę,

Eccles. 17.

Finitio legis diuine moralis.

insitę, aut certe a naturali ratione (quã seculis omnibus anteq̃ scripta lex ulla, aut ciuitas constituta foret, deus ipse nobis inseuit) profectę sunt: hę uero hominibus reuelatę, sciti, ac decreti dũtaxat rationem habent. Illę rursum ad omnes actus et uirtutũ officia, quibus homo fit simpliciter bonus, rite iuxta cõmunis iustitię prę scriptum formanda ualent: hę uero non nisi ad ordinationẽ Iudaici populi adinuicem in his, quę sunt iustitię particularis. Illę institutionis suę naturalem et moralẽ causam per se, et absolute habent: hę uero solũ populi Iudaici conditionem. Illę firma omniũ gentium consensione perpetuę, et indissolubiles manent, ut quę ex ipso dictamine rationis efficatiam habent, etiam si nulla unq̃ alia lege statuerentur: hę uero ex institutione sola in mores hominum irrepserunt.

Ca. VI.

SED DE luce ac fide duorũ axiomatũ nostrorum hęc satis dicta sunto. Nũc igitur cętera instituti nostri persequemur, et ostendere conabimur, Leuiticas illas prohibitiones de non accedendo ad uxorem fratris, ut quis illam coniugem accipiat, et reuelet turpitudinẽ eius, moralem, et naturę legem esse. Id pręstabimus fortasse, si a finitionibus istis argumentũ ducamus ad hũc modũ. Omnis sententia dei, iubens ea honesta, et prohibens contraria: quę naturalis hominũ ratio. &c. At istę Leuiticę prohitiones sunt huiusmodi. Ergo sunt diuinę morales, et naturales leges. Qz si quis hic forte eorũ aliquod, quę adsumpsimus, ingeniosa calliditate falsum esse uelit contendere: hũc facile reuincet ipsius hi-

Leuitici 18. et. 20.

ſtoriç, et loci, quem ex Leuitico citauimus, contextus. Primum enim eas leges ſententias eſſe, non humana uoluntate, ſed ipſius dei autoritate, ac traditione creaturæ rationali prę ſcriptas: inſtitutionis ipſarũ ratio, tẽpus et cauſę facile declarant. Declarat uero et illud, toties repetitũ: Ego dominus deus ueſter: ut iam de autore harũ legum non ſit ambigendũ. Et diuino quidem ſpiritu, ac diuinitus eas nobis proditas fuiſſe, ſancta, catholica, et apoſtolica Eccleſia tradidit: ut quę pẽtateucum, in eoq́ librũ Leuitici uniuerſum in eorũ numerum retulit, quę diuino afflatu ſcripta, iam longo et conſtanti temporũ uſu, ac conſenſu eadẽ comprobauit. Id profecto ſacroſancta Concilia, id uenerabiles Synodi ſtatuerunt, id ſancti priuatim patres cenſuerunt, id hactenus a Chriſtianis omnibus creditum, et receptum eſt. Adeo poſtq̃ eccleſia catholica receptiſſimũ habuerit, et palam etiam orbi teſtatiſſimũ reddiderit, leges has, de quibus agitur, in Leuitico expreſſe ſcriptas eſſe, Leuiticus autem, qui errare, aut mentiri non poteſt, eaſdem diuino ſpiritu populo Iudaico per os Moſi latas, reuelatas, ac etiã pronunciatas fuiſſe palam narret: negare certe nemo poterit, quin hę Leuiticę leges de diuinę mẽtis adyto profecta oracula, ac non humanę alicuius conſtitutionis fuerint. Deinde eas ſententias eſſe, quę rem de ſe malam, et in genere morum inhoneſtã, qualem uidelicet naturalis hominum ratio, lumine uerbi dei illuſtrata, dictat fugiendam, prohibeant, nempe fœdam, et ignominioſam cum uxoribus fratrũ coniunctionem: oſtendit energia illius uocis, Homo, qua ſignificatur eos,

Gloſ. ibidẽ, et uo-

qui

qui ſic accedunt, non eſſe amplius homines, ſed iumen
ta. Atq; adeo ꝙ turpitudinem, ſcelus, execrationem, ab-
hominationem, ignominiam, et rem uocat illicitã deus:
ut quis ducat uxorem fratris ſui. Tum etiam ꝙ grauiſſi-
mas pœnas earũ legũ uiolatoribus interminatur deus,
nempe ut deleantur de medio populi ſui, ut euomantur
de terra ſua, ut abſq; filijs moriantur: ut de grauiorib9
interim pœnis taceamus. Ecce enim tibi triplicem harũ
legum uiolatoribus pœnã cõminatur deus, nempe tem
porariam uidelicet, ut e terra euomantur, et ſterilitatẽ
ſiue orbitatem filiorũ, quę pœna a ſolo deo infligitur,
et pęnã ęternã uidelicet animę exterminiũ. Illud enim:
Perire de medio populi, non eſt morte corporali puni-
ri, ſed pro, non computari inter ſanctos. Nec ſolum his
pœnis animaduertebatur in eiuſmodi ſpurios, uerume-
tiam interdicebatur illis templum. Eſt enim Hebræis
manſer, qui ex quacũq; ex prędictis turpitudinibus na-
ſcitur, et cenſetur ex ſcorto natus. Hi enim omnes pror
ſus indigni, et inidonei cenſebantur, qui uel in contio-
nem populi, qui congregabatur, ut celebraret feſtiuita-
tes, uenirent: uel quidq̃ functionis aut magiſtratus ha
berent in eccleſia domini. Vnde profectum etiam uide-
tur, ut in lege euangelica ſpurii non promoueantur ad
ſacros ordines. Quũ igitur deus ipſe hic pronũciet Cha
naneos, et Aegyptios terram ſuã contaminaſſe, et pol
luiſſe, dum inceſtas nuptias cũ fratrijs contraherent, ſe
uero eos hoc nomine grauiter abhominatũ, et atrociſſi
mis pœnis iuſtiſſime ultum fuiſſe: neceſſario plane con
ſequitur, ꝙ deus iudicauerit hoc turpe, inhoneſtũ, et ex

cat turpitudinẽ cõiunctionẽ perſonarũ prohibitarum.

Deut, 23.

se quidem moraliter (ut dicunt) malū: tum etiam cōtra naturalis legis et rationis rectitudinē, atq; adeo abhominandum esse. Quomodo enim alioqui tantis et tam grauibus pœnis in Chananeos et Aegyptios propter hæc scelera animaduertisset? Nunq̄ enim auditū est, q̄ transgressio iudicialium, aut ceremonialium pręceptorū, quę Israelitis tantū sunt data, reddiderit deum usq; eo infensum gentibus, ut eas funditus deleret. Nam quū illa ex sola institutione uim obligandi habeant: certe illa prohibitio, cuius transgressionem etiā in gentibus, idq; ante legem tantopere abhominatus et auersatus est deus, non potest esse iudicialis, sed plane moralis, utpote ipsi naturę pręscripto consona, et scripta in cordibus singulorum, q̄q̄ impijs moribus, et scelesta consuetudine obliterata. Alioqui enim quęnam ea ęquitas foret, ut punias, si fiat, quod nulla lege fieri ꝓhibetur? Deus enim ut iniuste: ita nisi ob legis alicuius transgressionem punire non solet. Aegyptij autē et Chananęi iam tū nullā dei legem scriptam habebant, pręter naturæ legē, quæ scripta erat in cordibus ipsorum. Qz si quis hic dixerit uocabula illa scelerum et abhominationū, tum etiā pœnas, et interminationes ad priores prohibitiones de uitandis consanguineorū coniugijs, non attinere, sed ad posteriores prohibitiones referri deberi: hic totius decimi octaui capitis Leuitici statū diligenter consideret, et quid sit in eo conatus legislator, et quomodo disputationis seriem sit partitus, ad extremū uero illud caput cum uicesimo conferat. Sic enim intelliget haud dubie, q̄ caput illud Leuitici uniuersum partim dissuasorium,

Obiectio et eius diiutio.

partim

partim didacticū sit. Dehortaturus enim deus populū suū Iudaicū ab execratiſſimis moribus, et legitimis Aegyptiorum et Chananęorū, primum intentionem proponit. Deinde uero ne populus rudis adhuc ob inſcitiā legis ignoraret, a quibus morib⁹ et legitimis tēperaret: ad docendi munus ſeſe cōfert, et enumeratis ſceleratiſſimorum morum formis, docet a quibus ſit illis abſtinēdum. Mox autem et hoc munere perfunctus, ad diſſuadendi artificium pedem refert, et a prędictis ſceleribus dehortatur, partim a ſuppliciorum metu, partim uero a Chananęorū et Aegyptiorum exemplis: a quibus grauiſſimas pœnas ſe exigiſſe docet, ꝙ iſtis ſceleribus ſe, terramq; ſuam polluiſſent. Iam ſi hanc partē de poſterioribus pohibitionibus dūtaxat intellexiſſet legiſlator: ſtatim a ſcopo ſuo excidiſſet, uelut oblitus quid in capitis frōte propoſuiſſet. Neq; ſane ita multo minus indecore feciſſet: q̄ ſi ridiculus aliquis orator in initio dicēdi promitteret ſe ab omnibus uitijs in genere diſſuaſurū, mox autem eluſa auditorū expectatione, ab uno atq; altero dehortatus ſolū, abiret. Intelliget uero et illud, ꝙ dehortaturus hic legiſlator a legitimis gentiū, uocet ea abhominationes execrabiles: et ita eorū atrocitatem exaggeret, ut unū quoduis eorū cenſeat ſufficere ad deturbādum e ſedibus ſuis Chananeū. Nunq̄ autē adulteriū, aut peccatum contra naturam fuit legitimū apud eos: ſed iſta inceſta matrimonia. Quomodo ergo ſimul et de iſtis nō intellexiſſe uidebitur, et ea abhominationis uocabula, pœnasq; huc pęque referri debebūt? Certe uiceſimo capite omniū poſtrema eſt illa prohibitio, de nō

Leui.20.

cenda uxore fratris, et ei ſtatim ſubiungitur: Omnia hęc gentes fecerūt, et abhominatus ſum eas. Vt iſta de induſtria legiſlatorem miſcuiſſe, atq; cōfudiſſe par ſit credere: ut intelligeremus uidelicet et pariter execrabilia, et ex ęquo ſupplicijs digna eſſe. Porro ſanctis patribꝰ, qui in Concilio Toletano, et Agathenſi prçfuerunt, uiſum eſt hanc pœnam ad iſta matrimonia inceſta referendā eſſe. Deniq; Iſichius, et hunc ſequuti Rabanus, Rupertus, et Guilielmus Pariſienſis plane referunt ea uerba, et pęnas ad preuaricationē etiā huius pręcepti. Et ſunt quidem in eam ſentētiam pleraq; alia, a nobis in ſuperioribus adducta, tum ſacrorum Conciliorum, tumetiam ſummę autoritatis et fidei doctorū teſtimonia: ut ſuperuacaneū fuerit ea in re longius immorari.

Iſichius et Rabanus ſuper 18. et. 20. Guil. Pariſieñ. in lib. de vitijs & vir. ca. de inceſtu.

PORRO naturalem rationem monſtrare et conuincere turpe et inhoneſtum eſſe ad uxorem fratris accedere, uel illud facile confirmat: ꝙ nulla unq̃ fere gens tam fera, nemo omniū tam fuit immanis, qui non hoc honoris, hoc officij, et reuerētię, fratribus et eorū uxoribus debere ſe intelligerent, ut ab eorū coniugijs abſtinerent. Multi legem hanc uiolarunt (id enim uitioſo hominū more effici ſolet, ut paſſim idolis ſacrificent, occidant, furentur, mœchētur, et omnia deniq; ſacra prophana impij temeratores cōculcent) omnes tamen hęc non eſſe facienda conſtanter arbitrantur: idq; non legibus humanis docti, ſed inſita et innata quadā naturalis rationis uirtute, et lumine. Vnde enim alioqui in gentilium poetarū, in hiſtoriographorū, et legiſlatorū pene omnium monumentis tam multa de hoc generis

inceſtu

inceſtu,et pœnis ultricibus: quibus omnes gentes tam infandũ ſcelus uindicare ſolebant? Et quis neſcit, qui in ueterum hiſtoriarũ, aut legum monumentis paululum uerſatus ſit, nõ una in urbe, aut regione, hoc generis inceſtum infamem, et ignominioſum habitũ: ſed omni fere in loco, et apud õnes homines uelut innatu talem quandã impietatẽ damnatũ fuiſſe? An nõ Abimelech, iuxta naturę legem iuſtus, et a deo non mediocriter laudatus, putabat fieri non poſſe: ut Sara eſſet et ſoror et cõiux Abrahę? Qui quũ modis omnibus conaretur celare, ꝙ eſſet uxor ſua: nihil illi efficatius ad id ſuppetebat, q̃ ut diceret eam eſſe ſororẽ ſuã. Quę quidẽ reſponſio Aegyptijs, et Geraritis minime ſatisfeciſſet: ſi eandẽ ſororẽ pariter et uxorẽ eſſe potuiſſe, arbitrarẽtur gentes illę. Sicut poſtulanti Greco, An maritus eſſem, inepte reſpõderẽ eſſe ſacrificũ: quũ illi iã exploratũ eſſet, poſſe unũ atq; eundẽ ſimul ſacrificũ eſſe, et cõiugẽ. Sic Ariſtoteles philoſophorũ omniũ facile princeps. Abſurdũ eſt, inquit, Socratẽ nõ aliã ob cauſam coitionẽ cõſanguineorũ uetuiſſe, niſi quia nimia uoluptas ſit inde proueutura: et nihil intereſſe, an pater ſit, aut filius, aut fratres. Amare uero, inquit, nõ uetuit, nec alios uſus: quos eſſe patri ad filios, et fratri ad fratrẽ oĩm deformiſſimũ eſt. Ex hiſtorijs autẽ, et poetis audias, quãta ignominia laborẽt Macareus, Caunus, Cydõ, P. Clodius, quẽ Ciceto inceſtus poſtulauit, M. Antonius impator, Ptolomęus Euergetes, C. Cęſar Caligula, Cõmodus imperator, Ptolomęus Philadelph⁹ frater Hipmeſtrę, Cãbiſes rex Perſarũ, ꝙ ſuas ſorores nefãda libidine uiolarũt. Nec le-

Geneſ.12. Silio aũt hiſtoria ẽ de Iſaac et Rebecca Ge.26.

Ariſt.li.2. Poli.c.2.

uis

uis certe est illa ignominia, aut facile eluibilis: qua in historijs notantur Thereus rex Thracum, ꝙ Philomenā uxoris suæ sororem sit constupratus, Thiestes, ꝙ cum Europa fratris uxore, pariter et Pælopeia filia rem habuerit, Aufilena, ꝙ patruo se prostituerit, Hypermestra ꝙ concubitum fratris mariti per fraudem sit adsecuta, tum etiam Flauius Domitianus, Theodoricus Francorum rex, Leucon, et Phillippus frater Alphonsi decimi, Hispaniarum regis: illi quidem ꝙ fratrum suorū filias corruperint, hi uero ꝙ fatrum suorum uxores sibi copulabant. Adde uero, ꝙ Cæsarum prudentia putauit, ꝙ naturale fœdus nihil seui criminis permittat in his personis suspicari. Quin et sacris ipsorū sanctionibus cautū, et edictū est, ne fratris uxorem, aut duas sorores quis duceret, ne soluto quidē quoquo modo cōiugio: sed ab incestis nuptijs uniuersi temperarent. Et ne dissimulatione culpabili nefanda licētia corroboraretur: Visum est etiā illis, ut et rescripta omnia, simul et pragmaticæ formę, neq; non quęcunq; alię constitutiones prorsus tollerentur, quę quibusdam personis Tyrannidis tempore permiserunt, ut scelesto contubernio matrimonij nomen imponeretur, et fratris filiam, uel sororis, uel eā, quę cum fratre olim nuptiali iure habitauerat, uxorem legitimā turpissimo consortio liceret amplecti. Turpissimū autem semper iudicasse legislatores, ut quis ad uxorem fratris sui accederet, hinc facile liquet: ꝙ legem hanc de incestis nuptijs, uarijs et grauissimis pœnis gētes omnes pro suo quęq; ritu exigebant, dum incestas fœminas interdum uiuas defoderēt, interdum liberum

C. de epis et cle. l. cū qui. C. de incestis nupt. Colla. 3. Sācimus igitur.

mortis

mortis permitterent arbitrium, corruptores autem ea=
rum, partim cōfiſcatis bonis relegarent, nec teſtari eos,
aut ſucceſſores liberos habere ſinerent, partim uirgis in
comitio ad necem cedi iuberent, partim clipeos eorum
detrahi, et eradendos ubiq; titulos, abolendamq; omnē
memoriam eorū decernerent. Sed infinitum plane fue=
rit omnium inceſtorū uel nomenclaturam facere, uel in=
flictas legibus pœnas, infamiā, odium publicū, et igno
miniam perſequi: quas non apud unam aut alteram ur
bem, aut gentē, ſed ubiq;, quaqua pateret orbis, uel ſu=
ſtinebant, uel laborabant hi, qui ab hoc inceſti generē
non abſtinebant. Porro fraterna coniugia naturali etiā
iure interdicta eſſe, uel illud ſatis docet, ꝙ receptiſſimi
quiq; eccleſię doctores eiuſmodi matrimonia per neceſ
ſitatem excuſent. Quid autem neceſſitatis pretextu ex=
cuſare opus eſſet: ſiquidem ſuapte natura illicitum, ma=
lumq; non foret? Sed audiamus Chryſoſtomū. Is enim, Chryſoſt.
Vis, inquit, ſcire, quomodo aliquando licuit ſorores ha in ca. pri.
bere uxores? Quomodo habuerūt Cain et Abel, Riſan Mat. Ho
et Edodam: et non peccauerunt? Quia peccatum illud milia. 1.
raritas hominū et neceſſitas excuſabat. Poſtea creſcēte
numero hominū, ipſum malum reuerſum eſt in ſuā na
turam, et cępit eſſe peccatū. Tunc autē remanſit in uſu,
ut uni uiro liceat plures habere uxores: ſed amplificato
poſtea mundo, etiam hoc malū naturam cępit ſuam, et
cępit eſſe peccatū. Diuus quoq; Hieronymus palā in= Hierony.
nuit in his, quę ſupra ex eodē citauimus, ꝙ natura ad= cōtra Hel
eo abhorreat matrimonium huiuſcemodi, ut ne fādum uidium.
quidem ſit, ne tam abhominando uocabulo piæ aures

Aug. li. 15 de ci. c. 16. grauiter offendantur. His accedit Augustinus. Quum enim genus, inquit, humanū post primā copulam uiri facti ex puluere, et coniugis eius ex uiri latere, marium fœminarūq; coniunctione opus haberet, ut gignendo multiplicaretur, nec essent ulli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent: uiri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto est antiquius, compellente necessitate: tanto postea factum est damnabilius, religione prohibente. Habita est enim illis ratio rectissima charitatis, ut homines, quibus esset utilis atq; honesta concordia: diuersarum necessitudinū uinculis necterentur, nec unus in una multas haberet, sed singulę spargerentur in singulos. Sed hoc unde fieret, tunc nō erat, quū nisi fratres et sorores ex illis duobus primis, nulli homines erant. Fieri ergo tunc debuit, quod potuit, ut existente copia, unde ducerentur uxores, quę iā non essent sorores: non solū illud non fieret, ubi nulla necessitas esset, uerū etiam si fieret, nephas esset. Quod humano genere crescente, et multiplicato, etiā inter impios deorū multorū, falsorūq; cultores sic obseruari cernimus: ut etiā si peruersis legibus permittantur fraterna coniugia, melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam, sicq; aduersetur, quasi licere nunq̄ potuerit. Quū igitur hi tam sancti uiri peruersas leges appellent, quę fraterna permittunt coniugia, quumq; his cōiugijs falsorū deorū cultores nunq̄ usos fuisse, sed licentiam illam legis exhorruisse, deniq; quū primis hominibus id omnino non licuisse, nisi propter necessitatem affirment: aperte sane constat huiusmodi coniugia

suapte

suapte natura nequaq̃ licita fuisse, etiã eo tempore, quũ non dum per legem Mosaicam essent interdicta. Quod alio etiã loco testatur Augustinus. Abraham enim, inquit, eo tempore uiuebat in rebus humanis, quo quidẽ iam fratres ex utroq;, aut ex altero, uel altera parente natos coniugio necti non licebat. Isichius etiam super Leuiticũ. Tolerabile, inquit, a multis putabatur, ut fratres sorores ducerent, quia Abrahã de Sara dicebat: Soror mea est ex patre, et non ex matre. Quod quidẽ nõ omnino sic est, sicut habere putatur historia. Nam eos, qui de Thare patre Abrahę geniti sunt, Moses enarrãs, nusq̃ Sarę mentionem fecit. Qz si sorori suę Abraham nupsit, ante tamen q̃ cognosceret deum. Malũ est ergo sororibus, coniugij societate misceri. Quare uel hoc etiã autore constat, fraterna nõ licuisse coniugia ante legẽ, nempe tempore Abraham, qui plusq̃. 430. annis, legem præcesserat. Sic Methodius, et Berosus, qui diluuij causas enumerantes, dicũt unam fuisse. Alter quidẽ ꝙ fratres cũ sororibus turpiter congrederẽtur. Alter ꝙ filij Cain cęperunt abuti uxoribus fratrũ in fornicationibus nimijs. Sed non est, ut omnibus, qui in hac parte a nobis stant, autoribus recensendis immoremur.

Aug. cõtra Faustũ. lib. 22. ca. 35.

Methodius Epus de causis diluuij. Berosus li.

Certe si non hi solum, qui tanta cęcitate obducti erãt, ut unũ deum colendum non intelligerent: intelligebãt nihilominus a sororijs nuptijs naturę horrore abstinẽdum, et easdẽ semper exosas habebant, atq; damnabãt, uelut execrabiles, et incestuosas, uerũetiam sanctissimi quiq;, ac integerrimi scripturę interpretes idẽ suis scriptis nobis testentur: luce clarius euadit, prohibitiones

 has

has à naturali lege introductas, et naturalē quidem le
gem ac rationem per legem, et uerbū dei excitatā, præ-
scribere, et dictare talē coniunctionem, ut innaturalem
quandā impietatem omnino fugiendam, et abhorren-
dam. Si dixerit hic aliquis, ut donemus hæc uera esse
de fratrum et sororum coniugijs, longe tamen aliam ra
tionem esse de uxoribus fratrum: sciat hic se uehemen-
ter hallucinari. Nam si contra naturę legem est, ut quis
ducat germanam sororem, ꝙ per naturę legem eius tur
pitudinem reuelare non liceat, qui autem uxorē fratris
ducit, fratris turpitudinē reuelat: certe et legem natu-
rę uiolabit, qui uxorē fratris sibi matrimonio copulat.
Id ut ante satis luculentum fecimus: tamen et illud a-
pertissime conuincunt hęc duo. Nempe quoniam affi-
nitas non minus impedit matrimoniū, q̄ consangui-
nitas, et quoniam patrem suum eo nomine ignominia
afficit. De priore si quis dubitet, intelligat illud uel ex
Leuitici 18. et. 20.
hoc solo uerissimū esse, ꝙ non solū diuina lege tot per-
sonę in affinitatis linea excludūtur a matrimonio, quot
sunt exclusę in linea consanguinitatis: sed etiam eccle-
35. q. 2. ca. Nullū, et c. Quedá lex, et ca. Si vir, et ca. Sanc. et. 35. q. 5. c. Porro. et. 35. q. 8. c. Hec salubriter,
siastica sanctio coacta est, matrimonij limites in utraq;
linea pari gradu constituere. Istuc autem palam liquet
ex autoritate non solū Iulij et Gregorij summorū Pon
tificū, tum etiam diui Augustini, et Isodori, quorū dicta
in Canone recepta habentur: uerū etiam Abbatis, et o-
mnium fere scribentiū in caput Pitatium, et ca. Quum
ad monasteriū de sta. mona. et ca. Non debet, de con-
sang. et affin. Qꝫ si nō eadem sed maior esset causa, cur
consanguinei arcerentur: tam prudentes sane legislato-
res

res arctiore uinculo eosdē adstrinxissent, ac non eodem prorsus gradu. Nunc autem quū una et eadē prohibitio legis diuinę omnes pariter tā consanguineos, q̄ affines in primo gradu et primi generis complectatur, et ꝙ tam de iure diuino q̄ canonico, ita ab uxoris, sicut a uiri consanguineis abstinendū sit, eo ꝙ propter carnis unitatē hoc nephas sit, iuxta illud: Erunt duo in carne una, et ꝙ utraq; parentela cōmunis illis censenda ueniat: certe nō aliter habenda est uxor fratris, q̄ germana soror, quoad prohibitionē, sicut non aliter nurus, q̄ filia est deputanda, quod dixit Augustinus. Posterius item illud uerissimū esse, apertissimū est. Nam qui ducit uxorem fratris, carnē patris sui in cōnubiū assumit. Id quod palam est, esse contra ius naturæ. Quū enim uir et uxor sint una caro: certe qui uxorē fratris etiā carnem fratris assumit, frater autem caro est patris, et matris propius q̄ utriusuis soror, utpote eorū filius. Si igitur amitam, aut materterā ducere, aut certe uxorem patrui, uel auunculi (quę tibi affinitate cōiungitur, et quidem in secundo dūtaxat gradu) iure diuino et naturali prohibitū sit: multo magis profecto innaturale fuerit ducere relictā fratris. Tāto enim maior debet esse prohibitio: quāto magis appropinquatur stipiti et carnis unitati. SED satis sit hic testimoniorū, quibus ostendere debebamus, has prohibitiones Leuiticas, de non ducendis uxoribus fratrū, a naturali ratione proficisci. Nunc superest, ut iuxta cōmunis iustitię, siue uirtutis regulam, ab eadē ratione dictatas doceamus. Id autem et partim iam ante fecimus, et nunc idem fusius tradi-

turi sumus. Nam quũ illa regula ea tantum prescribat, quę in moribus hominũ simpliciter bona, mala, recta, iniqua, iusta, aut iniusta, propter se, et consequutionem felicitatis ęternæ suscipienda, aut fugienda sunt: nemo certe non uidet ea esse eiusmodi, quę in Leuiticis istis legibus prohibentur. Primũ enim ad formandos mores pertinẽt. Mores enim hic appellamus externas hominum fũctiones, pariter et affectus humanos internos, quicũq; a uirtutib9 moralibus proficiscũtur: quos quisquis prestiterit, hic bene uiuere, bene agere, et uere bonus homo dicetur. Iam hę Leuiticę leges nõ solũ ad castitatem, sed etiam ad pietatẽ pertinent: per quã (definitore Cicerone) patrię, parentibus, sanguine coniunctis, et omnibus omnino hominib9 suũ officiũ, et diligentẽ cultũ tribuere monemur. Id facile declarat prima illa ma-

Genes. 2. trimonij lex, nempe: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrẽ et matrẽ et adherebit uxori suę. Quod et si alij ad cohabitationẽ, alij uero ad affectũ trahant; nobis sane illa duo potissimũ hac lege pręcepta fuisse uidentur, nimirũ ut maritus coniugi inseparabiliter adhereat, Et ne quis filius cũ matre, aut filia cum patre coniugium ineat. Sed propter hoc, id est, quoniam ea matrimonij uis est et energia, ut arctissima et sanctissima necessitudine adglutinet inuicem marem et fœminã, et unum corpus, unã carnem ex disiunctis his efficiat: igitur relinquet homo patrem et matrem, et adherebit uxori suæ, id est, ab ipsorum coniugio temperabit, nec reuelabit turpitudinem et ignominiam ipsorum, contra matrimonij sancti-

tatem

tatem, et castimoniā, contraq; naturalē pudorem, ac reuerentiam, quę illis debetur. Nam quū hi iam pridem sanguinis uinculo sunt coniunctissimi, quos alio etiam affectu, alio pudore, ac reuerentia prosequi debere ipsa natura nos docuit: certe si sese matrimonio iungerēt, et instituti matrimonij ratio optimo fine suo frustraretur, et genuinus ille naturę pudor, uerecūdia, et honor pręter omne etiam decorum, uiolaretur. Hanc autem ipsissimam rationem, et consilium harum etiam Leuiticarum prohibitionū fuisse, plane arguit illud, quod causam eis subiūgit dominus, nempe: Quia turpitudo patris tui est, turpitudo fratris tui est. &c. Vt si queratur, quamobrem non liceat, nouercā uxorem ducere, et turpitudinem eius reuelare: respondetur, quia eius turpitudo est patris tui turpitudo, ut quę sit una caro, unū corpus cum patre tuo. Q; si rursum quęratur, cur non liceat patris turpitudinē reuelare: respondetur, ꝙ is sit tibi sanguine cōiunctissimus, quē in primis uereri decet et honorare, cōtra autem ignominia afficere impiū sit, et nefādū. Id plane iudicarūt Sem et Iaphet, qui ante omnē legē præscriptis naturę docti, ne uiderent uerenda patris sui, pallium imposuerunt humeris suis, et incedentes retrorsum, operuerunt uerenda patris ipsorum: hincq; benedictionem reportarunt, Cam uero maledictionē. Ad eundem modū et exigendę sunt illę prohibitiones de uxore fratris. Nam quū fratris uxor sit una caro cū uiro suo, qui est una caro cū fratre, sequitur, ꝙ frater, et fratris uxor, non sunt duo, sed una caro, et per consequēs, ꝙ matrimonio iungi non possint, quum

Genes. 9. Huc autē pertinet e bisto. Ruben Gen. 49. sup q̄ vide Origenem.

requiratur, ꝙ ante matrimoniū sint diuersa caro, et per matrimonium iam non sint duo, sed una caro. Nam sicut matrimoniū prohibetur inter personas consanguineas et affines, inter quos est naturalis amicitia, ipso naturæ instinctu contracta, quæ matrimonij adminiculo ad sui corroborationem non indiget (sed illę personę alienis, et a sanguine suo extraneis coniungi debent, ad dilatandā amicitiam, et charitatem, ut qui antea nullo singulari fœdere sibi inuicē obligabantur, matrimonij iure amici et chari fierent, in qua amicitia et charitate consistit coniūctio animorum, et unitas uoluntatum) ita prohibetur matrimoniū inter personas consanguineas et affines, ꝙ necesse nō sit matrimoniū inter ipsas contrahi, ut una caro fiant. Sed ipsę personę alienis, et a sanguine suo extraneis copulari debent, ad unitatis carnis propagationē: ut qui ante nullius carnalis coniunctionis uinculo naturaliter sibi mutuo obligabātur, iam per matrimoniū fiant una caro, ex quo resultat cō iunctio, et unitas corporū. Etenim per carnalē coniunctionē uir et mulier unū corpus efficiuntur, et per matrimoniū hi, qui duo fuerant, iam non sunt duo, sed una caro. Quam rationem etiam Christus in euangelio non abrogat, sed renouat, inquiens: Itaꝗ iam non sunt duo, sed una caro. Ex quibus liquido cōstat illā legem Geneseos non uideri positam quasi regulā concessionis matrimonij in cæteris gradibus: sed ut doceret potius inter coniuges indiuiduā et indissolubilem carnis unitatem intercedere. Et eam quidem (quū sit etiam inter parentes et filios, inter quos etiam natura censetur idē-

Marc. 10.

titas

titas personarũ) principaliter impedire matrimoniũ inter eos, uniuersaliter autem in alijs gradibus matrimoniali coniũctioni naturaliter repugnare. Hęc autẽ prohibitio ratione unitatis carnis q̃ longe porrigatur, petendũ est ex ipsa lege Leuitica. Quãq̃ enim (autore Scoto) etiã post multiplicationẽ humani generis si stetisset in innocentia, deus alios gradus ultra primũ prohibuisset (nihil enim fere mortalibus perinde necessarium, q̃ noscere naturales cõtrahendi leges matrimonij) nusq̃ tamen in ueteri testamento deus eosdem sic explicite pręscripsit, et q̃ late pateant illorũ limites, et quas personas natura in nuptiali fœdere abhorreat indicauit: ut in Leuitico. Vt ad illud autem, unde digressi sumus, recurrat oratio: Certe si castitatis est, si pietatis est, non reuelare turpitudinẽ uxoris fratris tui, si hoc officiũ, si hunc honorẽ, et reuerentiã illis deferre, si incestę libidinis tuę affectũ erga eas cohibere, et manus tuas a tam fœdo, et abhominando opere continere, te iubeãt leges istę Leuiticę, deniq; si ad christianã charitatem latius propagandam uehementer conducant (utpote quę ea una re potissimũ crescit, ac dilatatur: si inter eos amicitia coeat, qui non alio charitatis uinculo iamptidẽ copulantur) necesse plane fuerit fateri eas regulas ad formãdos mores accõmodas esse, et secundum cõmunis iustitię, siue uirtutis pręscriptũ dictatas, et ad moralium uirtutum actus, officiaq; pertinere. Prohibent quidem illę, ne reueles turpitudinẽ et ignominiam uxoris fratris tui (quod et in Chananęis et Aegyptijs dominus dãnat) q' si reuelaueris, regulam statim ordinẽq; uirtutis peruer-

Scotus i 4. sen. dist 40. q. 1.

tisti, et lex naturę, ratioq; naturalis q̃ primum fuerint per dei legem illustratę, reclamabunt, et ipse quidem sim pliciter malus, impius, et incestus uir dicaris oportet. Quis enim negabit, quin in cōmunis iustitię, siue uirtutis regula cōpęhenduntur pietas, castitas, pudicitia, con iugiorum sanctitas, puritas, naturę uerecundia, pudor, reuerētia erga propinquos, charitatis propagatio? Quę omnia his statuendis prohibitionibus haud dubie cau sam dederunt: et sunt propter se honesta, propter se ex petenda, et ad consecutionem ęternę felicitatis promo uent. Qũq̃ sane et alię permultę rationes morales sunt, quas partim ab ipsa matrimonij ratione, ut sunt matri monij dignitas, repressio cōcupiscentię, partim a deco ro, partim a cęteris circūstantijs sumas, quę his prohi bitionib⁹ statuēdis causam haud dubie prębuere. Sed non est humanę infirmitatis altius in dei legū omniū autoris, cōsilia penetrare: et nobis sane causam hanc iã dudū uicisse uidemur. Nam si hãc legē, nempe: Propter hoc relinquet homo patrē et matrē. &c. naturalis ratio dictauit, queādmodū certe dictauit, idq; in paradyso, et ante peccatū, Si, inquam, eā dictauit, atq; adeo iuxta cō munis iustitię, siue uirtutis regulã, nēpe ꝓpter eas cau sas, quas supra citauimus, pręscripsit: certe et Leuiticę illę singulę, quę plane eandem moralem rationem insti tutionis suę habent, nempe sanguinis proximitatem, et ad castimonię, pudicitię, aliarumq; uirtutū officia, qui bus homo simpliciter bonus redditur, rite exercēda ua lent: similiter sane a naturalis rationis dictamine pro fectæ et consistere dicentur. Adeo quisquis has leges

Leuiticas

Leuiticas prudens, et sciens, priuatæq; libidini inseruiēs uiolauerit: necesse est, ut idem publice putetur diuina pariter et humana contēnere, ut nec illum ulla premia ad pietatē excitare, sed nec ulla tormēta supremi iudicij a flagitijs absterrere possint. POSTREMO quū Leuiticę istę ꝓhibitiones a deo institutę sint, et pręscriptę Iudæis partim quidē ut libidini aditus præcluderetur, et naturales quidā limites matrimonialibus copulis statuerentur, modusq; aliquis pudori ac castitati poneretur: partim uero ut hac ratione charitas longius propagaretur (est enim maris et fœminę legitima copulatio charitatis seminariū, quod dixit Augustinus) nemo sane pie sentiēs crediderit eas leges a Christo in noua lege abolitas fuisse, sed pristinas obligationis uires perpetuo retinuisse, etiam si nulla unq̄ alia lege statutę fuissent. Nam quū totius legis euangelicæ scopus, perfectio, et finis sit charitas, quū lex euangelica sit lex amoris et charitatis, quū Christi cura huc potissimū spectauit, ut charitatem in nobis ampliaret, quū Christus ipse mandauit, ut iustitia nostra Scribarū et pharisęorū iustitiam superaret, iustitia, inquam, iusti et pudicitia: plane si Christus nos ab harum tam sacrarū uinculis legum eximeret, ita ut nullas hodie uires in christianos haberēt, quū uires olim in Iudęis habuisse inficiari nō possimus, pręter alia nimis absurda, duo hęc in primis sequerent̄, Alterū q̄ lex uetus, et eius autor Moses lōge perfectiores forent Christo, et lege noua, Alterum q̄ Christus ipse laxiores nobis, q̄ eius spiritu uiuimus, habenas ad libidinē ꝑmisisse merito uideretur, q̄ olim per

Aug. li. 15 de ci. c. 16.

Matt. 22. Marci. 12 Rom. 13. Galat. 5. Jacob. 2.

Mat. 5.

carnalibus Iudęis. Quotum utrūq; absurdissimum esse palam fuerit: quū nihil sit institutū a Mose, disponens immediate ad aliquam uirtutē, uel moralem perfectionem, quod non ab ipso Christo, aut explicite, aut implicite pręceptū, aut confirmatū est in lege euangelica. Hoc autem apertissime docent, quotquot illud Matt. Non ueni soluere legem, sed adimplere, cōmentantur, et exponunt. Hi enim omnes quasi uno ore, uno spiritu in hoc consentiunt quod sicut Christus legem nullā figuralem prorsus euacuauit, sed potius impleuit, idq; per terminationem, per exhibitionem, et per manifestationem: sic et moralia omnia impleuit tum quantū ad perfectā boni cognitionem, tum quantū ad executionem, tum etiā quantū ad releuationē post casū. Siue, quod alijs uerbis subindicat Scotus, Christus nō euacuauit legem moralem Mosi, sed tantum explicauit, et explanauit Mosen copiosius, q̄ Iudęi intellexerāt, et addidit perfectiora quædā salutis remedia, q̄ Moses. Sic enim diuus Augustinus. Quoniam, inquit, Iudęi non intelligebant homicidium, nisi peremptionem corporis humani, per quam uita priuaretur, et quoniam putabant tantūmodo corporalem cum fœmina illicitā coniunctionem uocari mœchiam: aperuit Christus, et docuit omnem iniquū motū ad nocendum fratri in homicidij genere deputari, et omnem iniquam concupiscentiam mœchiam esse. Rursum quoniam lex pręuaricationis reatu superbos deuinxit, augendo peccatū, quum iubet, quod adimplere nō possunt: ipsius legis iustitia impletur per spiritū et gratiam Christi. Quia uero sub

Mat. 5.

Vide Alexādrū. q. 28. mēbro 3. Arti. 1.

August. contra Faustū.

gratia

gratia positis in hac mortali uita difficile est omnino implere, quod in lege scriptū est: Non concupisces, Christus per suę carnis sacrificiū sacerdos effectus, impetrat nobis indulgentiā, etiā hic adimplens legē, ut quod per nostram infirmitatē minus possumus, per illius perfectionem recuperetur, cuius capitis membra effecti sumus. Cui sententię subscribit et diuus Irenęus. Qꝛ enim dominus, inquit, naturalia legis precepta, per quę homo iustificatur, quā etiam a legis datione custodiebant, qui fide iustificabantur, et placebant deo, non dissoluit, sed extendit, sed et impleuit: ex sermonibus eius ostēditur. Dictum est enim antiquis: Non mœchaberis, ego autē dico uobis. &c. Omnia enim hęc, inquit Irenęus, nō cōtrarietatem et dissolutionem pręteritorū continent (sicut qui a Marcione sunt, uociferantur) sed plenitudinē et extensionem, sicut ipse ait: Nisi abundauerit iustitia uestra plusq̄ Scribarū et Pharisęorū. &c. Quid autē, inquit Irenęus, erat plus? Primo quidem non tantum in patrem, sed in filium eius iam manifestatū credere, post deinde non solū dicere, sed et facere, Postremo non tantum abstinere a malis operibus, sed etiā a concupiscentijs eorū. Hęc autem non quasi contraria docebat, sed adimplens legem, et infigens iustificationes legis in nobis. Quod enim pręcepit non solū a uetitis per legem, sed etiam a cōcupiscentijs eorū abstinere: non contrarium est (quemadmodū diximus) neq; soluentis legem, sed adimplentis et dilatantis. Quia igitur naturalia omnia pręcepta cōmunia sunt nobis et illis: in illis quidem initium et ortū habuerunt, in nobis augmentum,

D. Ireneus li. 4. ca. 27.

Mat. 5.

et impletionem perceperunt. Assentire enim deo, et sequi eius uerbum, et super omnia diligere eum, et ab omni mala operatione abstinere, et quęcunq; talia communia utrisq; sunt, unum et eundem ostendunt deum: qui ut ista primũ instituit, ita nec postea unq̃ dissoluit, sed adimpleuit, extendit, et dilatauit in nobis. In quem sensum scribit et Augustinus. Profecto, inquit, ueterẽ illam dei legem, quę ad pietatem bonosq; mores pertinentia prescripsit, non solum illi tunc populo, uerũ etiã nunc nobis ad instituẽdam recte uitã necessariam nemo dubitauerit. Quis enim, inquit, dicturus est, nõ ad nos pertinere, quod scriptũ est in ueteri lege, ut alienũ quodcunq; perditum quisquis inuenerit, reddat ei, qui perdidit, et alia multa similia, quibus pie, recteq; uiuere discitur, maximeq; ipsum decalogũ, qui duabus illis tabulis lapideis cõtinetur? Quis enim tã impius est, qui dicat se ideo nolle custodire ista ueteris legis pręcepta, qa ipse est christianus, nec sub lege, sed sub gratia cõstitutus? Cui subscribit et Marcus Marulus Euangelistarius. Quidquid, inquiens, in lege ad uitę, morũq; institutionẽ spectat, sicut ueteribus, ita et nouis hominibus est obseruandũ, et cum Euangelio cõmunicandũ, ac de utriusq; scripturę moralib⁹ pręceptis cum psalmista dicendum: Eloquia domini, eloquia casta. &c. Nec caret sane ęquissima ratione, cur ueteris legis pręcepta moralia durẽt adhuc, et Christianos illis obnoxios teneãt. Nam quum cuiuis homini naturalis quędam propensio et inclinatio indita sit ad hoc, ut agat secũdum uirtutem (Inclinatur enim unũquodq; naturaliter ad eam

Aug. contra duas ep̃las Pelagianorũ li. 3. ca. 4.

Marcus Marul⁹ Euangel.

Tho. 1. 2. q. 94. Arti. 3.

operationem

operationem, quæ sibi secundum suam propriam formã potissimum conuenit, sicut ignis ad calefaciendum) quumque ratio, siue anima rationalis sit propria, et essentialis forma cuiusque hominis, ea autem tantum dictat, et pręscribit facienda, quę secundum se ad rationem uirtutis pertinent (dictat enim hoc naturaliter unicuique propria ratio, ut uirtuose agat) plane quum omnia pręcepta moralia (quotquot in ueteri testamento eiusmodi sunt, qualia supra descripsimus) nihil aliud, q̃ actus uirtutum moralium præcipiant, quibus anima humana non solũ ad deum, sed ad proximum quoque sese recte habeat, Christus aduentu suo eadem non euacuauit. Sicut enim gratia præsupponit, imo perficit naturam: ita et Euangelium naturales sane leges nunquã antiquauit, sed stabiliuit, sed perfecit, et ad pristinam naturæ integritatem omnia reuocauit. Ita ut quæcunque ueteris legis moralia præcepta, cum lege naturæ, quam Paulus scriptam dicit in cordibus nostris, consentiunt: perpetuo quidem maneant, et maneant sua autoritate, nec quisquam Christianorum sit illis solutus, sed omnes, quãtum ad carnem, et obseruationem ipsorum, necessario eisdem sint subiecti, etiam si nulla unq̃ alia humana lege statuerentur. Omnes enim ueteris testamenti leges, quęcunque legi naturæ, et uirtuti sunt consonę, nec manum solum, sed et animum cohibent: quomodo in Christianorum mores non sunt recipiendę? Absit sane, ut Christianus ea coniugia ineat: quæ (ut supra Augustinus notauit) etiam Barbarorum seuitia propter morum honestatem, semper est detestata.

Roma. 2.

Quod

Quod usque adeo exhorruit Christus, ut conatus potius uideatur, matrimonij foedera ad pristinū illum naturæ
Matt.19. conditę statum reuocare. Hinc enim matrimoniū reuocauit ad unitatem uxoriam, et uinculi indissolubilitatē:
Marci.10
Lucę.16. Quia, inquit, sic erat ab initio. Facturus etiā (siquidē id
1.Cor.6.
& Ephe.5 pręsens exilij nostri misera conditio passa fuisset) ut inter maritales amplexus nulla foret turpitudo, et, quēadmodū in ipsa rerū origine factū testatur Augustinus, ut nuptię omnes nostrę paradisi fęlicitate dignę, et diligēdam prolem gignerent, et pudendā libidinem non haberēt. Ad hęc quorsum attineret, ut Christus ipse leges Leuiticas antiquaret, quas statim inspiraturus erat primitiuę ecclesię patribus, iussurusque ut ipsas denuo conderent? An nos a diuino iure Christus eximere noluit etiam in his rebus, quę tam euidentem uirtutis rationē habent, ad quas ecclesiasticis sanctionibus nos statim adstrictos esse iuberet? Et cur tandē sacrosancta ecclesia ista fieri prohibuit, nisi quia uehementer turpia, inhonesta, immūdaque esse iudicauit? At unde discerni potest mundum ab immūdo, uel honestum a turpi, nisi ex pręceptis dei? Si enim ecclesia uetuisset eiusmodi matrimonia, et ueluti immūda iudicasset non aliā ob rationē, q̄ quod prius in ueteri testamento nomine ceremoniarū uetita essent, ut delectus ciborū, dierū, et locorū, et similia:
Act.10. liceret ei obijcere, quod est in actis apostolorū. Tu ne
et.11. immundū dixeris: quod deus purificauit. Quū autem harū prohibitionū Leuiticarū finis intentio, spiritus, uita, ratio, adhuc apud christianos uigent, et in cęlo scripta in ęternum permanent: non debet sane Christianus

qui

qui longe plenius, ac perfectius, q̃ Iudæus agnoscit, et profitetur fidei, spei, et charitatis charismata) hęc minus profiteri ex fide, et spiritu: q̃ Hebræi olim ex lege et litera. Absit enim, ut sacra illa charitatis inter cõsanguineos necessitudo, ut inuiolabile illud matrimonij uinculũ, denique ut indissolubilis ille nexus, et energia uiuę ueritatis et rationũ, quæ naturaliter ad bonũ mouent, minus sancta, minus mũda, minus impolluta, minus illibata, casta, et obseruanda apud Christifideles habeantur: q̃ olim fuerant apud gentes et Iudęos. Absit uero, ut christiani spiritus libertatem in carnis spurcitiam cõmutẽt. Si enim refugientes coinquinationes mũdi, in cognitionem domini nostri et saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora, deteriora prioribus. Melius enim erat illis, nõ cognoscere uiam iustitię, q̃ post agnitionẽ retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditũ est sancto mandato. Certe si filius Noe non effugerat reuelationẽ turpitudinis patris, si nec ipsi Aegyptij, aut Chananęi effugerãt reuelationem turpitudinis proximorũ sanguine (ut quos terra per diuinũ iudicium euomuit) quo pacto poterit Christianus irã dei effugere, si ista perpetrauerit? Hoc enim scitote intelligentes, q̃ omnis fornicator, aut immundus non habet hęreditatẽ in regno Christi et dei. Neque sane est, quod sciscitẽtur a nobis aduersarij, si etiã defuncta Synagoga, uiuere uoluit Christus Leuiticas prohibitiones, cur eas in Euangelio minime expressit. Igitur enim nõ expressit, quoniã uidelicet easdẽ ꝑpetuas fore iam olim sanciuerat, dũ istiusmodi incestus abhor

Galat. 5.
T. 1. Pet. 2
2. Pet. 2.

Genes. 9.

Leuit. 18. et. 20.

Ephes. 5.

Leuit. 18. et. 20. ret, execraturq; non in Iudęis solum, uerũ etiam in gentibus, multo magis insinuãs se in Christianis eadẽ detestaturũ: et quoniã palam iussit in Euãgelio, ut iustitia

Mat. 5. nostra Scribarum ac Pharisęorũ iustitiam superaret, sic canonem generalem cõdens, ne ulla in re carnali populo inferiores, sed ut omni quaq; superiores, qui Christiano nomine cẽsemur, euaderemus. Neq; uero quidquid disertis uerbis in Euangelio non est sancitũ, diuino iure prohibitũ non censebitur. Nam et Apostoli multa inuulgarunt ab ore Christi accepta, quę non sunt scripta in libro noui testamenti: et ipsa Ecclesia catholica multa recipit pro legibus iuris diuini, de quibus ne uerbum quidẽ legitur in nouo testamento, quale est illud, q̃ cõfessio nullo casu sit detegẽda, et similia. Sic enim et Scotus

Scotus. probat confessionem auricularẽ esse iuris diuini, nõ quia scripta sit expresse in nouo testamento, sed magis quia ostendi nõ possit, quando primũ fuerat instituta. Hęreticũ plane fuerit pronũciare, nihil esse iuris diuini, nisi quod in nouo testamento digito indicare queas. Hac enim ratione tollenda essent sacramẽta, solaq; cõstitutione humana recipienda. Neq; uero ulla mentio in nouo testamento fit de prohibitione matrimonij inter socerũ et nurum: quod tamen iure diuino prohibitum esse autor est Hieronymus. Atq; si hic quoq; con-

Hiero. in expositio. Amos prophete, c. 2. stare sibi uolunt aduersarij, fœneremur ergo, et demus pecuniam mensarijs, et cũ usuris rursum exigamus illã, plures simul uxores habeamus, et cum omni iumento concũbamus, nec decimas omniũ fructuũ pendamus sacerdotibus, sed nec eisdẽ scelera confiteamur nostra, nec

ascendamus

ascendamus ad illos, quoties ambiguū inter sanguinē et sanguinem, lepram et leprā iudiciū uertitur, negemus reddere preciū et mercedem laborū ei, cuius operas cōduximus, negemus reddenda uota. Siquidem horum nullū in Euāgelicis, aut Apostolicis literis expresse iubetur, aut prohibetur: sed ad horum obseruationem pręstandam prophetarū literæ citantur, et allegantur. Sed istis libertatis Euangelicæ aduersarijs facile imposuit, ꝙ noui testamēti et ueteris, legis et Euāgelij, Christi et Mosis discrimen ignorarent, quę si probe cognita tenuissent, non fuisset, ꝙ hac in re tam fœde hallucinarentur. Contra autē non excussa, et perpensa satis: uidemus erroris materiam fuisse, existimantibus quiduis licere Christianis, quod nouo instrumento expresse nō caueretur. Quo errore circumuentū arbitramur illū Corinthium, qui nouercam suam acceperat. Nam quū libertatem a lege Mosaica ab Apostolis cōmendatam, et depredicatā audisset, nulla autem Euangelica lege prohibitū sciret, quo minus quamlibet uxorem liceret sibi copulare: abusus statim ea libertate, contra legem Leuiticam duxit uxorē patris sui. Sed est iustissime a Paulo condemnatus, nō solū ꝙ legem Mosaicam uiolasset, quæ sola id prohibuerat, sed etiā ꝙ immorigerus esset honestati ipsius naturę, quā Euangeliū semper probauit, et turpissimę licentię inter Christianos pestilens exemplū foret, quale adeo inter gentes naturę reuerētia obtinuerat, ne cōmitteret. ET HACTENVS quidē optime lector, indagādę, cōfirmādęq; ueritatis studio, sacra diuinarū literarū penetralia pia religione ingressi,

1.Cor.5.

ab ipsarũ rerũ finitione, atq; adeo ab ipsa propositi no stri substantia argumenta, quæ ad pręsentẽ materiã nostro iuditio maxime cõducere uidebãtur, desumpsimus. Vnde plane intelligas optime lector, prohibitiones illas Leuiticas de non ducenda uxore fratris diuinas, atq; adeo morales leges, non iuditiales esse. Quippe quę habeant in se rationem naturalem, e penetralibus naturę a primordio erutam. Ostendimus enim diuina autoritate, ut ab optima mente, ita et optima sane ratione ac non nisi castitatis potissimũ, naturalisq; pudicitię, et aliarũ uirtutum studio institutũ fuisse, ne quis uxorem fratris sui ducat. Ostendimus, q̃ innaturale, immundũ, abhominabile, et Christiano homine prorsus indignũ sit, in eo gradu matrimonia cõtrahere. Ostendimus, q̃ uehementer contra pietatis ordinem, et cognominum, familiarũq; religionem, pariter et charitatis propagationem id pugnet. Ostendimus aurium sanctitatẽ id ab horrere, nec ferre posse. Ostendimus pręter hominum in hac uita graues ultiones, ęterni etiam ignis pœnam eos manere: qui hoc perpetrare non uereãtur. Quibus manifestũ haud dubie euadit, has leges diuina et moralia pręcepta esse, utpote quę iubent ea honesta, et prohibent ea turpia, quę naturalis hominum ratio lumine uerbi dei illustrata, iuxta iustitię, siue uirtutis regulam ac pręscriptũ dictat facienda, aut uitãda, et sic ex ipsius dictamine efficatiam habent, etiam si nulla unquã alia lege statuerentur.

Ca. VII IAM QVVM publicus omnium scriptorũ, et diuinarum pariter ac humanarũ legum interpretum, pręser-

tim

tim qui Ecclesię iuditio recepti sunt, consensus obtinu-erit, ꝙ pręcepta omnia moralia diuinę legis sacrosăcta etiamnum durent, et de iure diuino ita necessariã obligationem habeant, ut Ecclesiæ potestati non subsint, nec quisq̃ deo inferior eorũ rigorem relaxare, et quos uelit, eisdẽ soluere possit: manifestũ plane fuerit, ꝙ nullus Papa poterit per dispensationem licitum facere, ut quis relictam fratris sui accipiat uxorem, cuius prohibitionem diuinã et moralem legem esse iam antea ostẽdimus. Horum autem utrunq;, ut aduersus omnes omnium calumnias ualidius adhuc cõsistere queat, nos alijs etiam argumentis et autorũ testimonijs paulo fusius explicare, et cõfirmare tentabimus. Qua in re pene ipsa multitudine obruimur, ut unde potissimum ordiamur, incertũ sit. Sed esto sane illud primũ, nẽpe ꝙ pręcepta omnia, quæ de diuino, et morali iure exiguntur, sub simplici necessitate salutis obligẽt. Talia enim pręcepta sic mentem legislatoris dei exprimunt, sic pręcisa regula, et pręscripto cõmunis iustitię (quę ad formandos in publicũ mores, et uitam humanã a iustissima, atq; optima uoluntate dei profecta est) nituntur, sic et in ipsissima deniq; uirtutis ratione continentur: ut nullus casus incidere, aut absq; absurditate cõfingi possit, quin si aliter fiat, q̃ illis præcipiatur, aut nõ impleatur id quod iubent, statim et ipsius dei menti, ad publicã potissimũ salutem respicienti, cõtrauẽniamus, et ipsius recti ac iusti ordinem peruertamus, soluamus rationẽ uirtutis, deniq; in uitiorum sordes fœde ac misere prolabamur, necesse sit. Ita ut quisquis Põtifex contra ho-

O 3 rum

rum obligationem dispensare conetur: hic plane nihil aliud, q̃ iustitię ordinem peruertere, uirtutis rationem soluere, et uitijs licentiam dare, hoc est suam potestatem in destructionem contra Apostoli sententiam abuti uidebitur. Quę enim potest esse licentia, quę ulla cõpẽsatione seruet a uitio? Qualis uenia, ne colatur deus, ut nõ sit impietas? Quid prętendi potest, ut cõmittatur adulteriũ, quod non secũ confestim adferat uirtutis et publicę iustitię peruersionẽ? Occidere, et furari (manẽtibus his nominibus, ac rationibus) quę potestas potest facere iusta? Iam quũ ad decem illa pręcepta nihil propinquius accedere possit, aut post illa rectę rationis sensum fortius percellere, q̃ ipsa naturę reuerentia, pudicitię integritas, charitatis propagatio, matrimonij sanctitas, pudor, uerecundia, et pietas erga consanguineos, et ꝓpinquos, et cętera deniq; uirtutũ officia, quę istis prohibitionibus statuendis causam prębuisse antea abũde docuimus: in illis sane Apostolicã sedem dispensare nõ posse, par est credere. Quoniã uidelicet earũ legũ ratio nullo casu ab eisdẽ separari possit, sed nec ullus casus cõfingi aut expectari, ut nũc est cõditio multitudinis hominum in utroq; sexu, qui earũ prohibitionum bona, sua utilitate, aut necessitate cõpensare queat. Imo uero in his, quę exigũtur iure diuino morali, nullo respectu, uel scandali, uel necessitatis, semper faciendum, semper docendum, quod exigitur, multa scripturæ testimonia manifeste probãt. In quibus sunt illa in primis, nempe:
Mat. 5. Qui soluerit unum ex mandatis hisce minimis, minimus uocabitur in regno cęlorum. Item: Si obtuleris mu

nus tuum ad altare, uade prius reconciliare fratri tuo. Item: Sinite, mortui sepeliãt mortuos suos. Item: Si scietis, quid sit, Misericordiam uolo, et nõ sacrificiũ, nunq̃ condẽnassetis innocentes. Item: Quare uos transgredimini pręceptũ meũ ꝓpter traditiones uestras? Itẽ: Abi post me Satana. Item: Non potest solui scriptura. Item: Scriptura prophetica non est humanæ interpretationis, et similia. E quibus locis plane cõstat, nullum obsequiũ, nullum sacrificium, nullum opus, quantũuis in speciem pium, nullã traditionem humanã deo gratam esse posse, siquidẽ ab obseruatione diuinorũ, et moraliũ pręceptorũ utcũq; retrahat. Pro quorũ etiã cõfirmatione, pręter eos autores, quos supra ad id citauimus, facit diuus Cyprian⁹. Is enim pręceptis, inquit, diuinis necesse est obsequia nostra deseruiant, nec personã in huiusmodi accipere, aut aliud cuiq̃ largiri potest humana indulgentia, ubi interdicit, et legẽ tribuit diuina pręscripto. Facit et Basilius. Quia enim in omnibus, inquit, negotijs, uel uerbis, quę inter nos uersantur, quędã quidẽ per mandatũ dei in diuinis scripturis distingũtur, quędam uero reticẽtur: de his quidẽ, quę scripta sunt, nulla prorsus licẽtia cuiq̃ permittitur, uel admittere, quod prohibitũ est, uel omittere, quod pręceptũ est, quũ ipse domin⁹ ita pręceperit, dicẽs: Et custodi uerbũ hoc, quod mãdo tibi hodie. Nõ adijcies ad illud, neq; auferes ab eo. Sed et terribilis quędã expectatio iuditij, et ignis cęli, qui cõsumpturus est aduersarios, et eos, qui ausi sunt tale aliquid opari. Et idẽ alibi. Is inquit, q̃ pręest, debet esse sicut minister Christi, et dispẽsator misteriorũ dei,

timens

Matt. 5
Luce. 9.
Matt. 12.
Marci. 10
Luce. 6.
Matt. 15.
Matt. 16.
Joan. 10.
2. Pet. 1.

Diu⁹ Cyprian⁹ li. 1 epla. 4.

Basili. de Reg. c. 13. 15. et. 16.

timens ne prȩter uoluntatē dei, uel prȩter ꝙ in sanctis scripturis euidenter prȩcipitur, uel dicat aliquid, uel imperet: ne inueniatur tanq̄ falsus Christi testis, aut sacrilegus, uel introducens aliquid alienum a doctrina dei, uel certe subrelinquens aliquid eorum, quȩ deo placita sunt. Facit et Ambrosius. Is enim illud Euȩ responsum Genes. 3. enarrans, Nos, inquit, prȩsentis lectionis series docet, neq; detrahere aliquid debere diuinis mandatis, neq; addere. Nam si Ioānes hoc iudicauit de suis scriptis: Si quis apposuerit, inquiens, ad hȩc, adijciet in illum deus plagas, quȩ scriptȩ sunt in libro isto, et qui dempserit de uerbis his prophetiȩ huius, delebit deus partem eius de libro uitæ: quanto magis nihil diuinis mandatis est detrahēdum? Facit et Bernardus. Necessarium enim, inquit, quod et inuiolabile nominatur, illud intelligo, quod non ab homine traditum, sed diuinitus promulgatum, nisi a deo, qui tradidit, mutari omnino non patitur. Et paulo infra, in eodem libro. Minor, inquit, non potest dispensare in his, quæ statuta sunt per superiorē. Facit et Fabianus Papa. Qui enim omnipotentem, inquit, deum metuit, nec contra Euangelium, nec contra Apostolos, nec cōtra prophetas, uel sanctorū patrum instituta agere aliquid ullo modo cōsentit. Facit et Isodorus. Si is enim, inquit, qui prȩest, fecerit, aut cuiq̄, quod a domino prohibitum est, facere iusserit, uel quod prȩceptum est, prȩterierit, aut prȩterire mandauerit, sancti Pauli apostoli sententia ei ingerenda est dicentis: Etiam si nos, aut angelus de cȩlo euangelizauerit uobis, prȩterq̄ quod uobis euangeliza-

uimus

Ambros. li. de Paradi. c. 12.

Bernar. li. de Dispē. et prę.

Fabianus Papa. 11. q. 3. cap. Qui omnipotētē.

Isodo. 11. q. 3. ca. Si is, qui prȩest.

uimus, anathema ſit. Si uero quis ꝓhibet uobis, quod Galat.
a domino præceptũ eſt, uel rurſus imperat fieri, quod
dominus prohibet: execrabilis ſit omnibus, qui diligũt
deum. Deniq; ſi prẹter dei uolũtatem, uel præter quod
in ſanctis ſcripturis euidẽter prẹcipit, uel dicit aliquid,
uel imperat: tanq̃ falſus teſtis dei, aut ſacrilegus habe
atur. Quũ ergo ſubditi excõmunicantur ideo, quia ad
malum cogi non poſſint, tunc ſententiẹ non eſt obedi-
endum: quia iuxta illud Gelaſij, Nec apud deum, nec
apud Eccleſiam eius, quenquam grauat iniqua ſenten-
tia. Facit et Vrbanus: Sunt enim quidam, inquit, dicẽ- Vrb. pa-
tes, Romano Pontifici ſemper licuiſſe nouas cõdere le- pa.25.q.1.
ges: quod et nos non ſolũ non negamus, ſed et ualde ca. Sunt
adfirmamus. Sciendum tamen eſt, quod inde nouas le quidam.
ges condere poteſt: unde euãgeliſtẹ aliquid et prophe
tẹ nequaq̃ dixerunt. Vbi uero aperte dominus et eius
Apoſtoli, et eos ſequentes ſancti patres ſentẽtialiter a-
liquid diffinierunt: ibi non nouã legem Romanus Pon
tifex dare, ſed potius quod prẹdicatum eſt, uſq; ad ani
mam et ſanguinẽ confirmare debet. Si enim quod do-
cuerũt Apoſtoli et prophetæ, deſtruere (quod abſit) ni-
teretur: non ſententiam dare, ſed magis errare conuin-
ceretur. Facit et Marcellus, Omne enim, quod irrepre- Marcel.
henſibile eſt, inquit, catholica defendit eccleſia: iniuſtũ Papa.25.
uero iudiciũ, et definitio iniuſta regio metu, uel iuſſu q.1.ca.
a iudicibus ordinata, nõ ualet. Nequaq̃ enim quod cõ Omne.
tra euangelicam, uel propheticam, uel apoſtolicam do-
ctrinam, conſtitutionemue eorũ, ſiue ſanctorum patrũ
actum fuerit, ſtabit. Facit et Innocentius, quũ dicit, ꝙ Inno.pa-

pa.ca.Literas de rest. spo. habens notitiã consanguinitatis non possit iudici prę-
cipienti cohabitationem obedire sine peccato mortali,
ut supra citatũ est. Si ergo ageret quis cõtra deum,quũ
iudici pręcipienti obediret, quanto magis quũ simplici
dispẽsatione niteretur? Eiusdem autem opinionis atq;
sententię est diuus Thomas. Is enim multis in locis o-
perum suorum,quos partim etiam antea recensuimus,
palam docet prohibitionem cõiugij, quoad expressos
in ueteri lege consanguinitatis et affinitatis gradus,ad
pręcepta naturalia et moralia pertinere: Papã autẽ nul
lo modo posse dispensare in his, quæ sunt iuris natu-
ralis et diuini. Cum hoc conspirant Alexander de Ha-
les, Scotus, Richardus de Media uilla, Durandus, Al-
bertus Magnus, Frãciscus Maro, Gerson, Gabriel Biel,
Herueus, Iacobus Almayn, Bernardus de Trilla, Anto-
ninus Florentinus, et alij pręterea multi: qui palam ad-
struũt, nullo aperto iure probare posse, q̃ Papa in pro-
hibitionibus, quęcunq; sunt iure diuino et naturali in
Dist.21.ca. Inferior. & ca. Dudum de preben. stitutę, ullo modo dispensare possit. Negant enim con
uenire, ut par in parem imperium habeat: tantũ abest,
ut inferior sedes potiorem soluere aut ligare posse di-
catur. PRAETEREA huius Leuiticę prohibitionis
de non ducẽda relicta fratris (pręter eas (quas diximus)
naturalis pudoris, et reuerẽtię rationes) quis nescit cau
sam etiam fuisse dei uoluntatem, quæ est uera iustitia?
Nec enim ideo uult, quia iustũ est: sed ideo iustum est,
Aug. i li. de sun. cle. quia ipse uult, quod ait Augustinus. Quum ergo ab
hoc opere nulla alia ratione possit uel auferri malitia,
uel addi bonitas, q̃ ut mutetur legislatoris uoluntas, et
sententia

sententia : certe nullus cum tali lege díspēsare poterit, nisi qui sententiam quoq; legislatoris poterit mutare. Dispensatio enim efficit, ut ille, cum quo dispensatur, nō obligetur ad id, ad quod ex uerbis legis uidebatur alias obligari. Atqui nemo Romanus Pōtifex dei uoluntatē mutare potest. Is enim Christi uicarius ipsum debet imitari. Qui quum nihil unq̄ aut dixit, aut fecit, Jo.8. quod a patre suo nō accepit, nec eorum quidq̄ dissoluit, quæ pater iussit, ac uoluit fieri. Quūq; Papa acce- Joā.vlt perit a Christo oues et agnos pascendos disciplina ec- Hiere.3 clesiastica, siue euāgelica, et minister tantū, ac dispen- et.34. sator ab eo factus sit sacramentorum a deo et Christo 1.Cor.4 institutorum. 2.Cor. Deniq; quū præceperit illi dominus, ut Mat.vlt doceret omnes seruare omnia, quę mādauit eis : absit, ut Romanus Pontifex putet licere sibi, uoluntatem dei mutare, et eas personas in matrimonio cōiungere posse, quas naturalis illa et Mosaica lex, quarum autor et cōditor est deus, uetuit cōiungi, nempe quia deus disiunxit. Matt.19. Id enim si faceret, non esset plane beatus ille, et fidelis dispēsator uerbi, et.24. tribuens in tempore tritici mēsuram, Marci.10 quo spiritu refocillentur, et uiuāt animę : sed esset potius miser et infelix dissipator, Luce.12. in exteriores tenebras detrudēdus, Mat.25. et inimicus ille homo, zizanij superabundantiam seminans, Matt.13. quo macrescant, atq; in ęternū Marci.4 pereant. Nam et Christus ipse dicit : Qui habet man- Joan.14. data mea, et seruat ea, ille est, qui diligit me : qui uero non diligit me, sermones meos non seruat. Super quo Cyrillus. Valde, inquit, consequenter ista connectun- Cyrillus tur. Nam si seruare mandata diligere est : non seruare ibidem.

mandata, necessario odisse est. Quomodo igitur ex ulla quālibet iusta causa indulgeat Papa, ut quis reuelet turpitudinē fratris sui, a quo natura et dei decreta abhorrent: nisi uelit iustissimam illam condemnationem subire, quam Paulus interminatur his, qui faciunt mala, ut inde eueniant bona? Certe Zosimus Papa, Cōtra statuta, inquit, patrum condere aliquid, uel mutare nec huius quidem sedis potest autoritas. Leo quoq; Papa ad Anatholium scribens, ait: Editionem Niceni Concilij nulla unq̄ ex parte solubilem fore. Sic et Damasus Papa citante Isodoro, in libro Conciliorū. Quoniā, inquit, blasphemare spiritū sanctū non incongrue uidentur, qui contra sanctos canones non necessitate cōpulsi, sed libenter aliquid aut proterue agunt, aut aliquid presumūt, aut facere uolentibus sponte cōsentiunt: idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt spiritu dei, et totius mundi reuerentia consecrati, fideliter a nobis est scienda, et diligenter tractanda, ne ullo modo sanctorum patrū statuta absq; ineuitabili necessitate, quod absit, transgrediamur. Et idem alibi noluit causam Bonosij Episcopi ad se recipere terminandam, q eam Synodus Capuana alijs iudicibus examinandā prius cōmisisset: ostendens plane sui officij nō esse in causis manum apponere, in quib9 Synodus preuenisset. Deniq; et Hilarius Papa sua decreta uoluit per Cōcilium approbari. Ex quibus omnibus quoniam liquet, quod in his etiam, quę sunt patrum constitutiones, Papa absq; ineuitabili necessitate dispensare nō possit (Neq; enim cōuenit principem, quod alius maximis uigilijs et gra

Rom. 3.
Zosimus de statut. gen. Con.
Leo Papa ad Anatholiū.
Damasus ad Aurelium Archiepm.
Epla Ambros. 79. lib. 10.
Hilarius Papa.
1. q. 7. ca. Necessa.

uibus

nibus de causis statuerit uelle temere abrogare) quãto minus stare debet, quod ipse aduersus ius diuinum aut facit, aut ut alij faciant, indulget? Maxime quũ nec usq̃ in lege diuina, sed nec in traditionibus patrum, ut hoc possit, Papę cõcessum esse repeciatur. Nam illis uerbis: Quęcunq; solueris super terram. &c. data quidem potestas est, non qua legem dei reuocaret, aut ulla ex parte dissolueret: sed qua hominum peccata retineret, aut solueret, non simpliciter tamen et absolute, sed supposito prius debito usu clauis discretionis, et recti iudicij. Hinc Christus præmisit: Tibi dabo claues, id est potestatẽ discernendi et iudicandi inter leprã et nõ leprã, et potestatẽ admittendi uel excludẽdi a regno sic recte iudicatos. Iam uero quænam foret illa discretio, aut q̃ rectum iudicium, si Papa hoc sibi sumeret, ut eas personas matrimonio p suã dispensationẽ copularet, quas diuina et naturalis lex coniungi prohibent, quum deus mandauerit mandata sua custodiri nimis? Sane q̃q̃ in diffinitione eorũ agibilium, quę de se indifferentia sunt, quodãmodo principalius se habet clauis potestatis, q̃ scientię: tamen in diffinitione eorum, quę pertinent ad fidem, et bonos mores, cõtra se habet. In his enim nihil diffinit potentia, nisi quod decreuit scientia, et potestas omnino sequi debet scientiã. Quia si in minimo potentia aduersetur claui scientię, quę est notitia legis diuinæ, diffinitio esset nulla. Si enim Papa per quamcũq; potentiam diffiniret aliquid cõtra illud, quod scientia dictat diffiniendum in fide, et in bonis moribus: diffinitio sua nulla penitus esset, immo liceret cuilibet

Matth. 16.

Psal. 118.

christiano hoc scienti ipsam detestari, cōspuere, et sicut hęreticam reprobare. Si enim aliquid iubeat potestas, quod non debeas facere: hic sane contemne potestatē, quod ait Augustinus. Ipsos enim, inquit, humanarum rerū gradus aduerte. Si quid iusserit ꝓcurator: nūquid faciendū, si contra proconsulē? Rursus si quid ipse proconsul iubeat, et aliud iubeat imperator: nunquid dubitatur illo contempto, huic esse seruiendū? Ergo si aliud imperator iubeat, aliud deus pręceperit: cōtempto illo, obtemperandū est deo. Non est igitur in gradibus diuino iure prohitis iusta summi Pontificis dispēsatio putāda: sed iniqua potius dissipatio. Neq; enim deus huiuscemodi matrimonia approbat, ut quę diuino decreto repugnent: sed nec huiusmodi dicenda sunt uera matrimonia. Quia non est putandum matrimonium, quod extra decretum dei factum est: sed emendādum, quum cognoscitur, quod dixit Ambrosius. AD HAEC ut maxime donemus Pontifices rite consueuisse uel addere, uel detrahere, et sic distinguere ius diuinum: in duobus tamen duntaxat casibus putant iurisperiti, id illis licitum esse. Altero, quum illud ius reperitur distinctū per aliud ius diuinum, ut illud præceptum: Non occides, reperitur distinctum, ut liceat occidere maleficos. Altero quum Papa ex iusta, et legitima caussa, et quæ peccatum excludat, addit, aut detrahit illi in parte. Vt illi præcepto: In ore duorum uel trium stat omne uerbum, ex iusta causa solet interdum addendo statuere, ut plures testes requirātur. At neutro istorum modorum Papa potest distinguere, hoc pręceptū Leuiticum,

Aug. i li. de na. boni, et in. 6. sermo. de ver. dñi in monte.

Ambrosius.

Exodi.

de nō

de non ducēda uxore fratris. Quia licet illud fuerat olim distinctum a deo in Deutero. quia tamen illa eadē distinctio postea ab ipso eodem deo per aduentū Christi fuit sublata: certe Papa illam hodie excitare non potest. Si enim Papa hodie dispensando faceret, ut quis iuxta legem Deuteronomicam posset ducere relictam a fratre, sine liberis decedente, causa suscitandi semen fratri, faceret haud dubie Christianos hodie iudaizare: quod Papa non potest, sicut nec facere potest, ut sabbatum colatur, aut circumcisio fiat iuxta Gregorium, qui ait: ꝙ postquam gratia omnipotentis dei apparuit, præcepta legis, quæ per figuram dicta sunt, seruari non possunt, sicut dictum est de sabbato, et de circumcisione, et alijs figuralibus, quale est etiam istud preceptum Deuteronomicū de ducenda relicta a fratre. Vnde in christianismo si uellet hoc facere, non potest quidem, quoniam ritus Iudæorum per aduentum Christi abrogatos, Papa nullo modo excitare potest. Hoc Paulus probat, inquiens: Si circumcidimini, Christus uobis nihil proderit. Qui etiam in faciem restitit Petro, ꝙ cogeret gentes iudaizare. Et sanctus etiam Thomas dicit, ꝙ quando apostolus promulgat ius diuinū, non licet Papæ dispensare, ut quum dicit apostolus: Si circumcidimini, Christus uobis nihil proderit, quem sequitur Ioannes de Turre Crema. Ex secūdo etiam capite, uidelicet ex causa, hoc minus Papę licet in hac Leuitica lege: quum nulla reperiri possit causa satis legitima, et quæ peccatum excludat, propter quam dispensare queat. Quum enim reuelare turpitudinem fratris

Gregor. in ep̄la ad ciues Roma.

Galat. 4. et. 5.

Galat. 2.

Thomas quodl. 4. Arti. 13.

Ioan. de Tur. cre. in ca. Lector. d. 33.

sit

ſit in moribus turpe,et talis coitus dicatur inceſtus,inceſtus autem grauiſſimũ peccatum ſit: plane ſicut Papa ſuper adulterio cõmittendo, concubinatu exercẽdo, ſuper pluribus uxoribus ſimul habendis, et ſimilibus, diſpenſare nõ poteſt, ut quę ſui natura perpetuo mala ſunt: ita nec in hoc genere inceſtus, ubi eſt peccatum mortale ſecũdum legem diuinã, nec reperiri poſſit cau ſa, quæ illud excludat. Huius enim prohibitionis quũ honeſtas ipſa cauſa ſit, quę matrimonij comes eſt perpetua: hoc plane matrimonij genus ita in moribus ma lum,et exemplo etiam pernicioſum eſſe merito iudicatur,ut nec ab homine, nec ab angelo,uec apoſtolo, nec ab apoſtolico poſſit ullatenus roborari. Neq; uero hic nobis obijciat plenitudinẽ poteſtatis ſuæ. Dicimus enim Papã habere quidem plenitudinem poteſtatis, nõ tamen ſecundũ ſignificationem, ſiue uirtutẽ ſermonis, ut illa plenitudo ſit cuiuſlibet actus poſſibilis, atq; rei cuiuſlibet uoluntarię factiua,non habẽs hiperbolen (talis enim plenitudo ſoli Chriſto cõuenit,iuxta illud:Da

Mat.vlt. ta eſt mihi omnis poteſtas in cęlo et in terra) ſed habet plenitudinem reſtrictam ad ea, quę ſunt curę paſtoralis animarum. Ad quam tamen dirigendam, quoniam Papa nec impeccabilis eſt,nec cõfirmatus in gratia,po ſuit Chriſtus regulam ſuam euangelicam,ad quam Pa pa omnes actus ſuos dirigeret: a qua ſi Papa uelit exorbitare,et concedere aliquid, quod pugnat cum illius pręceptis: nec agit ſecundũ poteſtatem a deo ſibi traditam,nec deus approbat illud. Sed nec illud nos mul-

Innocẽ.& tum mouere debet,quod dicunt Innocentius,et Nicolaus

laus: Nemini uidelicet licere de sedis apostolicę iudicio iudicare, aut illius sententiã retractare permissum, propter Romanę ecclesię primatum Christi munere beato Petro apostolo diuinitus collatũ. Sic enim illa nos accipienda putamus, nemini uidelicet inferiori S. Pontifice licere de iudicio eius temere disputare, neq; publice oppositũ iudicio suo asserere: nisi de errore sui iudicij constet (ut inquit dominus Gersonus) nec cuiq̃ inferiori licere de iudicio summi Pontificis iudicare autoritatiue (ut dicunt) et tanq̃ qui in summũ Pontificẽ iurisdictionem, et potestatem haberet, propter Romanę sedis primatum. Cæterum si quis summorũ Pontificum quicquã iudicauerit, siue decreuerit aduersus ius naturale et diuinũ: ibi demum de iudicio eius prudenter, sobrie, ac magistraliter (ut aiunt) et non autoritatiue quempiam iudicare, atq; de eo disputare, et ad sententiam illam retractandam totis uiribus inniti: tantũ profecto putamus a sacrilegio, arrogantia, atq; quauis alia culpa abesse, ut aliud plane nihil magis pium, aut christianę religioni proximius esse posse facile credamus. An non enim summorum Pontificum facta et sententias, quæ minus recte ab eis emanarunt, merito optimoq; iure Ecclesia plerũq; reuocat, corrigit, reprobat, et in melius. cõmutare non negligit? An non et plebeij episcopi iniquis summorum Pontificum sententijs ac iussis sępe restiterunt, neglectis etiam illorũ diris, excõmunicationibus, cęterisq; ecclesiasticis pęnis quibuscunq;? Certe (ut ne longius ex his, quę historijs prodita sunt, exempla petamus) Laurentius Augustini

Nicola[us] Pape. r. q. 4. c. C[uncta per mundum] quis. et [c.] Nemini

Ut uidere licet. 39. q. 9.

Malmes. li.1. de gestis regũ Angliæ. in Cantuarieñ archiepiscopatu successor quũ Edbaldũ regem in interitum carnis propter nouercæ cõiugium tradidisset: nullis Papę uel precibus, uel execrationum minis adduci potuit, ut eum absolueret, donec incestis

Antonin⁹ Florẽn. 2. vol. hist. titulo. 16. et Joan. wdi tamstede in. 1. parte granarij sui. nuptijs renunciasset. Hunc uero imitatus et Dunstanus eiusdem sedis olim Archiepus, qui quũ Comitem Eduynum, ꝙ cognatam uxorem acceperat, excõmunicasset: nulla ratione cogi potuit, ut summo Pontifici, q̃tumuis, ut eum Comitem absolueret, rogãti, monenti, atq; adeo seuerissime mãdanti obtemperaret: donec Comes ille pellicem repudiasset. Quin illud perpetuo in ore habuisse fertur, nempe: Absit, ut causa alicuius mortalis hominis contemnam legem dei mei. Sic et

Ex libro q̃ inscribitur Abbreuiatio Cronicarum. Samsonus olim Remen. Archiepus extrema quęq; supplicia, et omnia excommunicationis pericula sustinere maluit: q̃ ut Alam, filiam Comitis Theobaldi, quã tunc Ludouicus rex Francorũ duxerat uxorem, ungeret in reginã, ꝙ sororem eiusdem Ale propter consanguinitatem prius separauerat a Philippo fratre eiusdẽ regis. Nec minus memorabile est, quod fecisse narratur Grosteste olim Lincolnieñ Episcopus. Is enim ad

Epistola Lincolñ. ad Innocentiũ papam. Innocentiũ Papam uolentem eum cogere, ut nepotem eius, hominem plane nequam et indignum, ad canonicatum admitteret, in hęc uerba rescripsit. Non potest inquit, quis immaculata et sincera obedientia Romanę sedi subditus et fidelis, a corpore Christi, et eadem sancta sede per schisma non abscissus huiusmodi mandatis uel pręceptis, uel quibuscunq; conaminibus undecunq;, et si a supremo ordine angelorum emanantibus

bus obtemperare: ſed neceſſe habet totis uiribus con=
tradicere, et rebellare. Propter hoc reuerende domine
ego ex debito obedientiæ et fidelitatis, quo teneor u=
triq; parenti apoſtolicę Sedi ſanctiſſimæ, et ex amore
unionis in corpore Chriſti cum ea, his quę in litera ue
ſtra continentur, quia in prętactum peccatum domino
Ieſu Chriſto abhominabiliſſimum et pernicioſiſſimum
euidentiſſime uergũt, et apoſtolicæ Sedis ſanctitati o=
mnino aduerſantur, et contrariantur: catholice, unice,
filialiter non obedio, cõtradico, et rebello. Nec ob hoc
poteſt ueſtra diſcretio quicq̃ durũ cõtra me iure ſtatu=
ere. Tum quia omnis mea in hac parte et dictio, et a=
ctio nec contradictio eſt, nec rebellio, ſed filialis debi=
ta patri et matri honoratio: tum quia apoſtolicæ Se=
dis ſanctitas non niſi quę in ędificationẽ, ac nõ in de=
ſtructionem poteſt. O conſtantiam, o uocem chriſtia=
no pręſule longe digniſſimam. Q̃ enim peruerſum id
eſſet (quod dixit Bernardus) dum prauis obtemperas
imperijs, in quo homini uideris obediens: deo (qui o=
mne, quod perperam agitur, interdixit) inobedientem
te exhibere? Quid enim, quod iubet homo, prohibet
deus: et ego audiam hominem, ſurdus deo? Vt eo igi
tur, unde digreſſi ſumus, recurrat oratio. Certe ſi Pon=
tifex ipſe inceſta matrimonia, quæ deo pariter et cun=
ctis bonis hominibus abhominanda dixit Gregorius,
interpoſita autoritate ſua, uel fieri permittat, uel facta
nolit dirimere: boni ac pij pręſulis partes hic erunt, nõ
ſolum palam in faciem Papę (exemplo Pauli) reſiſtere,
quia uere reprehenſibilis eſt: uerum etiam cum omni

S. Bernardus i. epiſto. ad Adã monachum.

Galat. 2.

2.Tim.4. lenitate, et doctrina tempestiue, intempestiue instare, arguere, increpare, obsecrare, et exhortari debet, ut per sonę sic coniunctę ab eiusmodi matrimonio discedant. Qꝫ si sanam doctrinā sui pręsulis non sustinebunt, sed iuxta concupiscentias suas potius ambulabunt: debet tunc demum euaginare spiritalem illum excōmunicationis gladiū, et eum in eiusmodi personas, iuxta Christi mandatū et Pauli exemplum, audacter uibrare, et ipsas Satanę tradere ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit in die domini Iesu. Quomodo enim alioqui Episcoporum et speculatorum officio pro dignitate respōdebunt pręsules, siquidem per summorum Pontificum tyrannidem et minas, non audebunt errantes et perditas oues suas in uiam ueritatis reuocare, pro quibus in tremendo illo dei iudicio rationem sunt reddituri? Aut quomodo graue illud supplicium effugient, quod illis interminatur deus, qui nolunt annunciare impio scelera sua, nec clamare quum uident gladium uenientem, ut a uia sua iniqua ad ueritatem conuertatur? Viuo ego, dicit dominus, pro eo ꝙ facti sunt greges mei in rapinam, et oues meę in deuorationem omnium bestiarum agri, eo ꝙ non esset pastor (neqꝫ enim quęsierūt pastores gregem, quod infirmum fuit, non consolidarunt, quod ęgrotum, non sanarūt, quod cōfractum est, non alligarunt, et quod perierat, non quęsierunt) ecce ego ipse super pastores requiram sanguinē gregis mei de manu eorum, et cessare faciam eos, ut non amplius ultra pascant gregem meum. Iam quemadmodū Episcopi pro officij et functionis ipsorum ratione non debent

Hiero. in psal. 105. ⁊ in Malach. ca. 2 Ambro. 2 offi. ca. 27 August. i Regul. et in lib. de Ver. dn̄i. ⁊ i li. de. 12 Abusionū gra. c. 10. Gregori. li. 10. et. 12 i ep̄la ad Felicē Sicilie ep̄m.

Ezechiel. 33. et. 34.

bent in his, quę diximus, ſummo Pontifici audire, aut
eius iuſſa ſequi: ita ſane et cęteri omnes chriſtiani q̄li=
bet etiā priuati (quotquot ſpiritu ſancto docti iam pla
ne intelligunt ſe eiuſmodi inceſta matrimonia colere)
poſſunt, atq; adeo pro pietate ac religione in deū ſua,
debent non ſolum talia coniugia ſtatim reſcindere, ue=
rum etiā ſtabili atq; chriſtiano animo fortiter reſiſtere
Pontifici, etiam ſi mille ſuſpenſionibus, et excōmunica=
tionibus, ut cōtra faciant, minitetur. Duę enim (inquit
Vrbanus) ſunt leges, una publica, priuata altera. Et 19.q.2.ca
publica quidem lex eſt, quę a ſanctis patribus ſcriptis Due ſunt
eſt confirmata: priuata uero eſt, quę inſtinctu ſpiritus
ſancti in corde hominum ſcribitur. Sicut de quibuſdā
dicit Apoſtolus: Qui habent legem dei ſcriptā in cor= Hebr.8.
dibus ſuis, Et alibi: Quum gentes, quę legem non ha= Hiere.31.
bent, naturaliter quæ legis ſunt, faciunt: ipſi ſibi ſunt Rom.2.
lex. &c. Si quis horum igitur (inquit Vrbanus) in ec=
cleſia ſua ſub epiſcopo populum retinet, et ſeculariter
uiuit, et ſi afflatus ſpiritu ſancto in aliquo monaſterio
uel regulari canonica ſaluare ſe uoluerit: quia lege pri=
uata ducitur, nulla ratio exigit, ut lege publica cōſtrin
gatur. Dignior eſt enim lex priuata, q̄ publica. Spiri= Roma.8.
tus quidem dei lex eſt, et: Qui ſpiritu dei aguntur, lege Galat.4.
dei ducūtur, et: Quis eſt, qui ſpiritui ſancto poſſit reſi=
ſtere digne? Quiſquis igitur hoc ſpiritu ducitur, etiam
epiſcopo ſuo contradicente, eat liber noſtra autoritate.
Iuſto enim lex non eſt poſita, ſed ubi ſpiritus dei, ibi 1.Timo.1.
libertas, et: Si ſpiritu dei ducimini, non eſtis ſub lege. 2.Cor.3.
Hoc eſt ſpiritus ſancti et conſcientię motū ſequentes, Gala.5.

sub lege publica, quæ priuatæ cedere perpetuo debet: nequaquam sumus constituti. In prohibitis enim lege diuina parendum est conscientiæ: in aliis uero Ecclesiæ. Quæ quoniam ad peccatum suo præcepto neminem obligare queat, quumque inter personas diuina ac naturali lege coniugio illegitimas præsumpto tamen matrimonio coniunctas seclusa inuincibili ignorantia, peccatum euitari non possit, denique quum Paulus dicat: Qui discernit, si manducauerit, iam condemnatus est, quia non est ex fide. Omne enim, quod non est ex fide, peccatum est: profecto quemadmodum secularis præsbiter priuata conscientia, et non leuitate tactus, inuito Episcopo ad alium Episcopatum licite transire potest, quocunque patrum decreto in contrarium non obstante, et sicut regularis professus, aut Ecclesiæ Episcopus, eius prælato et summo Pontifice inuitis, ad arctiorem uiuendi regulam licite euolare potest, non obstante publica lege oppositum dictante. (talis enim quod dixit Innocentius, postquam a prelato suo transeundi licentiam postulauerit ex lege priuata, quæ publice legi preiudicat, absolutus libere potest sanctioris uitæ propositum adimplere, non obstante proterua indiscreti contradictione prælati: quia priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate) Ita sane Christiani omnes (siquidem id priuata conscientia sua spiritu sancto et sacre scripture cognitione pro eo ac debet illustrata, dictauerit) impune possunt ac debent, diuortium cum ea, quam et naturæ et diuina lex uxorem habere uetant, celebrare, et

Axioma iurecōsultorum. Ca. Lfas De resti. spol.

Ro. 1.4.

Ca. Licet De Reg. et trans. ad relig. Glossa in cap. Due sunt. 19. q. 2.

Ca. Licet de Regu.

a pre-

a prǫſumpti coniugij iugo ſeſe liberare, quacunq; lege publica non obſtante, et oppoſitū prǫcipiente. Quandoquidem tametſi Eccleſia huiuſmodi diuortium non declaret: ex eius tamen officio declarare tenetur. Et q̄quis ſummus Pontifex actu deliberato et expreſſo huic diuortio non conſentiat: actu tamen debito et tacito prorſus cōſentit. ET HACTENVS quidem bene multis rationibus abunde, quod ad hoc inſtitutū attinet, oſtendimus prohibitionem illam de non ducenda relicta fratris mortui ſine liberis eiuſmodi eſſe, quam non humana nobis conſtitutio, ſed quā natura primū animis inſeuit, caſtus deinde et uerecundus pudor ſine lege ſeruauit, dominus per Moſen ſelectis ſuis dictauit, et quā concilijs ſǫpius repetitam, poſterioribus legibus receptā, mos chriſtianorū ſummo utentium conſenſu, ab ipſis Chriſtianiſmi primordijs multa per ſecula religioſe ſecutus eſt, et obſeruauit, deniq; non poſſe ullius Pontificis autoritatē eatenus porrigi, ut in eiuſmodi matrimonijs cōtractis, ſiue contrahendis, diſpenſare queat. Quǫ quoniā ita tibi ſatisfactura ſperamus cādide lector, ut aliunde, uel ex ſacra ſcriptura, uel Eccleſiæ decretis, uel Academiarum, quæ ſunt in Italia et Anglia ſententijs, uel doctiſſimorum uirorū ſuffragijs, qualia adhuc abunde multa ſuperſunt, patrociniū nobis in hac cauſa petere ſuperuacaneum prorſus putemus: uiſum eſt hic modū finemq; huic operi ponere, et illis recenſendis te nolle longius detinere. Illud autem unū te per ſacra, piaq; omnia obteſtamur ǫquiſſime lector, ut, quemadmodū tot Academiarum conſen-

ſum

ſum, tot doctiſſimorum uirorum ſtudia, non niſi tuendę et uindicandæ diuinæ legis autoritati tam pie, tam religioſe incumbere uides: tu tua uiciſſim et eruditione et autoritate uelis illorũ conatus, uota, deſideriaq́ modis omnibus prouehere, cogitans q̃ ſit illud graue, metuendumq́ ſupplicium, quod Christus interminatur his, qui diuinę cognitionis clauem ſibi uſurpantes, nec ipſi quidem introeunt, et eos, qui huc irrumpere ſatagunt, prohibent.

Matt. 23.



Impreſſ. Londini in officina Thomę Bertheleti Regij impreſſ. Menſe Aprili. An. Dñi. M. D. XXXI.